PATROLOGIAE CURSUS COMPLETUS

SERIES GRAECA

INDEX LOCUPLETISSIMUS

II

PATROLOGIAE CURSUS COMPLETUS

ACCURANTE I.-P. MIGNE

SERIES GRAECA

THEODORUS HOPFNER

INDEX LOCUPLETISSIMUS

TAM IN OPERA OMNIA OMNIUM AUCTORUM VETERUM
QUAM IN ADIECTAS PRAEFATIONES, DISSERTATIONES, COMMENTATIONES OMNES
OMNIUM VIRORUM DOCTORUM RECENTIUM
PER CAPITULA OPERUM OMNIUM ARGUMENTA COMPLECTENS.

ACCEDIT

INDICULUS AUCTORUM EX ORDINE TOMORUM
INDICULUS AUCTORUM EX ORDINE ALPHABETICO
QUORUM OPERUM TITULIS EDITIONUM RECENTIORUM CONSPECTUS ADNECTITUR
INDICULUS METHODICUS

TOMUS II

ALMA COLLEG.
208.1
LIBRARY
M588
Alma, California

PARIS
LIBRAIRIE ORIENTALISTE PAUL GEUTHNER
12, RUE VAVIN, VIe
1936 -45

16613

TOMUS II

Tom. 100 (1860) :

S. Nicephorus Constantinopolitanus patriarcha (anno Domini 828) :

Notitia (*Fabricius, Biblioth. Graeca, ed. Harles, tom. VII, pag.* 603) : 9/18 ; *Anselmi Banduri Conspectus operum S. Nicephori duobus tomis editorum : Praefatio* : 17/18 ; *tom. I* : 17/30 ; *tom. II* : 29/38 ; **Vita S. Nicephori** (*Acta Sanctorum, Bolland., Martii tom.* 2, *die* 13, *pag.* 294, 704) : *Commentarius praevius* : 37/42 ; *Vitae textus Graecus*, conscriptus ab Ignatio, diacono et cimeliarcha Ss. et magnae ecclesiae S. Sophiae, eius discipulo : Prologus : 41/46 ; cap. 1 : S. Nicephori parentes eximia pietate et exsilio pro fide clari, ; eius in aula imperatorum dignitas : 47/54 ; 2.) Monasterium a S. Nicephoro exstructum, eius ibidem conversatio, scientiae variae et virtutes : 53/62 ; 3.) S. Nicephori electio et ordinatio in patriarcham Constantinopolitanum : 61-70 ; 4.) Haereses ab eo oppugnatae, disciplina monastica emendata, epistola synodica ad Leonem III papam : 69/76 ; 5.) Imperium Leonis Armeni ; contra vocationem imaginum et S. Nicephorum coepta persecutio : 75/83 ; 6.) Preces a S. Nicephoro indictae, animati subditi ; accessus eius ad imperatorem : 83/92 ; 7.) Colloquium cum imperatore de sculptili ex praescripto Mosis non faciendo : 91/100 ; 8.) Ulterior imaginum defensio ab eo facta maxime Christi, angelorum et Sanctorum, horum apud Deum intercessio : 99/108 ; 9.) S. Nicephori et aliorum episcoporum et monachorum cum imperatore de imaginibus colloquium ; horum exsilium : 109/116 ; 10.) S. Nicephori in captivitate et morbo constantia, epistolae, reiectae conciliabuli minae, anathema iis illatum et in eum reiectum : 115/126 ; 11.) Periculum necis S. Nicephoro inferendae, ultima in templo valedictio, exsilium : 125/134 ; 12.) Sub pseudopatriarcha conciliabulum impium ; persecutio gravis, imagines erasae : 133/142 ; 13.) Impietas et caedes Leonis Armeni ; successio Michaelis Balbi etiam Iconoclastae ; ad eum epistola S.Nicephori : 141/148 ; 14.) Comparatio S. Nicephori cum sanctis variis ; eius obitus ; peroratio : 147/160. **Oratio de exsilio S. Nicephori et translatione reliquiarum, consc. ipta a Theophane presbytero et praeposito** : Cap. 1 : S. Nicephori patriarchatus, exsilium et obitus : 159/163 ; 2.) Corpus eius magna cum solemnitate Constantinopolin translatum : 163-168 ;

Epistola S. Nicephori *ad Leonem III pontificem maximum* : Argumentum : Propter diaboli insidias, crebros humanae vitae lapsus, caninos malevolorum morsus, muneris gravitatem et alia eius generis non pauca episcopale munus cum dignitate et publica utilitate obire arduum esse docet et se proinde, quod suam recte vitam instituere vix queat, ad eam functionem assumi non debuisse ; subiungit, quod vitae genus, antequam episcopus creatus est, sectatatus sit, tum qua ratione et occasione ad patriarchatum Constantinopolitanum pervenerit. Romani pontificis opem et eius fidem et apud Deum deprecationem implorat ; fidem Romanorum ab Apostolo laudatam ipse quoque laudat, addit nihilominus fidei gratiam non solum veteris, sed etiam novae Romae immo omnium gentium et nationum esse, quod Apostolicus sermo per omnem mundi plagam pervaserit ; subnectit his suam suaeque ecclesiae confessionem, qua prolixe et eleganter declarat se ab omnibus iis erroribus et haeresibus alienum esse, quae vel Constantinopoli vel alibi usquam contra Christum eiusque ecclesiam exstiterunt aliquanto, atque ita in omnibus et per omnia sese complecti Romanae ecclesiae, ut quae reliquarum mater sit, fidem, omnia rursus concilia eiusdem ecclesiae auctoritate celebrata, cetera denique omnia, quae quovis modo ad fidei unitatem pertinent ; quare epistola haec inter alias, quae ad ecclesiarum unionem pertinent, merito reponenda fuit ; excusat se postremo, quod tardius iusto ad Romanum pontificem scripserit suaeque fidei rationem reddiderit ; ceterum Leonem secundum vel tertium huius nominis fuisse ex eo manifestum est, quod secundam synodum Nicaenam, quam sub Adriani primi pontificatu celebratam esse constat, sua aetate celebratam esse asserat, Adriano autem successit Leo III. : 169/200.

Ang. Maii Praefatio in S. Nicephori scripta adversus Iconomachos ab eo edita (Biblioth. nova V pag. V) : 201/206.

Refutatio et eversio deliramentorum inscite et impie ab irreligioso Mamona (i.e. Copronymo imperatore) *vaniloquentia dictorum adversus salutarem Dei Verbi Incarnationem* : **Antirrheticus I** : 1.) Prooemium : Duplex crimen orthodoxis obiectum esse ab Iconomachis, primum quod idolis servirent, alterum, quod Christi corpus tamquam circumscriptum pingerent ; de primo actum esse supra (In Apologetico videlicet pro Imaginibus) ; de secundo actum iri in hoc et sequentibus antirrheticis ; 2.) Invectiva in Iconomachos ; 3.) Eos idem cum Manete sentire ; 4.) Item cum Ario ; 5.) Renovari ab iis haereses ; 6.) Generalia concilia nihili ab iis facta ; 7.) Argumenta eorum futilia esse et vix confutatione digna, confundi autem ab iis illas voces *ἄγραπτον* et *ἀνεπίγραπτον* ; 8.) De libro dogmatico, cuius auctor Mamonas, quo ordine, qua methodo scriptus ; 9.) Prooemium illius libri, ut Mamonas simulata pietate benevolentiam captet ; 10.) Ad

illa Mamonae verba : « Sancta Dei et catholica nostra Ecclesia » ; eandem ecclesiam ab eo et catholicam et idolicam seu idolis addictam appellari ; de Mamonae impietate et saevitia ; 11.) Ad illa Mamonae verba : « Ita traditum confitetur », traditionem ecclesiasticam ab eo agnosci simul et repudiari ; 12.) Ad illa eiusdem verba « Non mutata divinitate in carnem », etc. ; incipere inde Mamonam seipsum prodere de Incarnatione Verbi male sentientem ; 13.) Ad illa verba « Etsi omnis imago derivata a prototypo aliquo noscatur »,non cohaerere haec cum superioribus ; de Mamonae malignitate virus suum evomere festinantis ; 14.) Mamonas orthodoxus se initio mentitus, deinde prodita erroris sui turpitudine agnitus cum graculo Aesopico comparatur ; 15.) Ad illa Mamonae verba « Quamvis item eiusdem cum effigiato naturae » etc. ; non magis haec ad rem esse quam superiora ; confundi a Mamona imaginem arte factam cum imagine naturali ; 16.) Si imago eiusdem sit essentiae seu naturae cum re effigiata, quot inde sequantur absurda ? 17.) Ad illa Mamonae verba : « Ut totum servetur » etc. ; non esse imaginem id, quod prototypo per omnia simile sit ac nihilo ab eo differat ; 18.) Ne logicae quidem artis cognitionem ullam Mamonae esse ; eum per ignorantiam imaginis notionem penitus evertere ; 19.) Ad illa Mamonae verba « Quaerimus a vobis, quomodo fieri possit, ut Dominus noster Iesus Christus, qui ex duabus naturis, corporea et incorporea, per unionem inconfusam persona una est, depingatur, hoc est, effigietur » ; solutio illius quaestionis ; 20.) Mamonam naturas in Christo confundere, licet inconfusas dicat : Christum, cum Deus simul et homo sit, simul esse et *γραπτὸν* et *ἄγραπτον* ; 21.) Ad illa Mamonae verba « Quoniam et alteram naturam, incorpoream, carni unitam, habet » etc. ; ex eo, quod naturae in Christo unitae sunt, non sequi carnem esse incircumscriptam : inconfusam enim esse unionem ; 22.) Si propter unionem hypostaticam duarum naturarum in Christo caro incircumscripta est, sicut ipsa divinitas, pariter propter unionem naturalem trium personarum in Deo, Pater et Spiritus Sanctus erunt geniti sicut Filius ; 23.) Ad illa Mamonae verba « Quoniam post unionem illam inseparabilis res est » etc. eum, qui solius carnis imaginem pingit, non affingere carni propriam personam, nec quartam addere Trinitati ; 24.) Mamonae verba « Id est personam characterizans et statuens : Christum creaturam esse dumtaxat nec divinam naturam inesse » ; refutatio : Christum ipsum sudario divina vultus sui lineamenta impressisse ; Iconomachos Iudaeorum aemulatores esse ; 25.) De mysterio incarnationis doctrina orthodoxa ; contra eos, qui dicunt beatae Virginis corpus incircumscriptum fuisse circa illud tempus, quo Christus conceptus est ; dilemma ; 26.) Aphthartodocetarum opinio assumptam a Christo carnem incorruptibilem dicentium ; si Christi corpus incircumscriptum fuit, an illud a beata Virgine habuerit an beatae Virgini communicaverit ; 27.) Qui Christum incircumscriptum affirmant, ii et hominem eum fuisse negant ; qui hominis corpus pingit, is corpus ab anima non dividit ; de Copronymi imaginibus sculptis pictisque ; invectiva in eundem ; eum effigiem suam adorari voluisse ; definitio archetypi et imaginis ; 29.) Definitio idoli ; 30.) Imago relationem habet ad archetypum et ab eo differt essentia ; qui imagini illudit, eum et archetypo illudere ; 31.) Etymologia vocis *εἰκὼν* (imago) ; imaginem Christi aliud esse a Christo ; item differre haec : simile esse et idem esse, item aliud esse et aliud esse ; 32.) Ad illa Mamonae verba : « Ab unito divino Verbo separat » etc. ; qui Christum effigiat, is naturas dividit mente dumtaxat, non actu sive reipsa ; 33.) Ad illa Mamonae verba : « Quod si non separetur, simul utique circumscribitur » ; verbum divinum, cum natura sua sit incircumscriptum, non posse carne circumscripta simul circumscribi ; de archetypo et imagine ; 34.) De Christolytis ; si pictorum ars divinitatem Christi a carne separat, ipsa morte potentior sit necesse est ; excursio in Copronymum ; 35.) Verbum divinum nec violata carne iniuriam passum esse nec effigiata circumscriptionem ; 36.) Quibus verbis pictor Iconomachum allocuturus sit ; 37.) Verbum divinum circumscripta carne non circumscribi probatur per exempla solaris radii, item solis orbis descripti, item ferri candentis aqua tincti ; 38.) Ad illa Mamonae verba : « Impossibile enim est imaginem esse, quae non declaret formam sive characterem prototypae personae » etc. ; Mamonas Christum personae, formae et characteris expertem statuit ; duae sunt in Christo formae ; testimonia Ss. Petri et Pauli ; de Eusebio prava sentiente ; 39.) Ad illa Mamonae verba : « Fieri enim non potest, ut in eo, qui ex duabus naturis in una persona constat » etc. ; si duae sunt in Christo naturae, utraque natura suas habet proprietates ; si itaque divinitas circumscripta est, et humanitas circumscripta ; 40.) Mamonas ut Apollinarius videtur unam in Christo naturam agnoscere ; 41.) Ad illa Mamonae verba « Sed aut divinitas simul circumscribitur in imagine, quatenus Christus ex duabus naturis persona una est, aut » etc. ; verbum divinum non modo carne circumscripta non circumscribitur, sed ne quidem, cum in carne erat, circumscribebatur ; testimonia ex Sacris Scripturis ; in Deo substantia non differt ab operatione ; 42.) Si Christus compositus, necesse est etiam, ut sit circumscriptus. Verbum divinum carne circumscripta non circumscribitur ; probatur per exempla sigilli aurei

et rotarum ignearum, quae cum Cherubino pinguntur ; 43.) Ad illa Mamonae Verba : « Dicit autem is, qui fecit illam imaginem, eam Christi imaginem esse » etc. ; qui imaginem facit eamque Christum esse dicit, is Christi nomine diversa significari scit ac, cum duo sint significata, altero dumtaxat utitur ; 44.) Cum ait Paulus « Nos autem praedicamus Christum crucifixum », non dicit neque opinatur Verbum ipsum esse crucifixum ; alia testimonia, ex quibus patet nomen Christi saepe de una natura accipi ; 45.) Ad illa Mamonae verba » Et quomodo Dei et hominis nomen divinam naturam significans et humanam » etc. ; quae dicuntur de Christo, ea non necesse est de utraque natura accipi ; in Evangelio Christus modo homo, modo Deus vel Dei Filius vocatur ; 46.) Non esse meris verbis immorandum ; saepe enim fieri vocum enallagen, ut, cum dicitur « Si videritis Filium hominis ascendentem illuc, ubi erat prius » ; 47.) Per *ἀντιδόσεως* et *οἰκειώσεως* modum fieri, ut utraque in Christo natura proprietates suas alteri communicet et ut Verbum adoptet ea, quae sunt carnis propria ; testimonia Ss. Pauli, Petri, Cyrilli, Amphilochii, Gregorii Nysseni ; item de Christi imaginibus ; 48.) Si de Christi incarnatione recte sentirent Iconomachi, non confunderent in Christo naturas, naturarum proprietates et operationes ; 49.) De divinis operationibus ; non differre eas ab essentia ; de operatione Christi scilicet humana, eam esse finitam et circumscriptam ; de duplici Christi facultate, divina et humana, duplicem item esse eius voluntatem nec tamen humanam divinae contrariam esse ; 50.) Duplex in Christo cognitio ; ut Deus novit omnia, etiam antequam homo natus est, ut homo quaedam ignoravit ; testimonia ex evangelio ; cetera quoque in Christo duplicia sunt propter duas naturas ; proinde nihil obstat, quominus is in eadem persona circumscriptus sit et incircumscriptus : 206/328 ; **Antirrtheticus II** : 1.) Incipit secunda Mamonae interrogatio : « Constituimus autem et de alio capite interrogare vos » etc. ; invectiva in Mamonam ; eum et ecclesiae doctoribus et iis principibus, qui ante illum iuste et pie imperarunt, sapientiorem se facere ; 2.) Ad illa Mamonae verba : « Unus ille ex duobus in unam personam redactus » etc. ; eo ipso, quod unam ex naturis non circumscriptam statuit, alteram imprudens et nolens circumscriptam fatetur ; 3.) Ad illa Mamonae verba : « Per divinitatem suam eum praescivisset » ; Mamonam ita stupidum esse, ut non intelligat imaginem Christi monimentum esse incarnationis ; refutatio eorum, quae Mamonas docuit de corpore Christi in sacramento Eucharistiae ; de Apologia, qua utitur pro se Mamonas ; 4.) Ad illa Mamonae verba : « Quoniam si de uno hoc simulacro persuaserimus vobis recte dicere » etc. ; quaenam ea sint, quae de Sanctorum et beatae Virginis imaginibus se dicturum ille profitetur ; nolle eum beatam Virginem vocari *θεοτόκον* eiusque intercessionem ab eo repudiari ; 5.) De veneratione Sanctorum ; excursus in Mamonae impietatem ; 6.) De profanatis ab eo templis et sacris reliquiis ; 7.) De angelis : eos incircumscriptos esse, sed non per omnia ; eosdem pingi et effigiari fas et pium esse ; 8.) De Cherubinis, quos Deus ipse effigiare iussit ; 9.) De angelorum apparitionibus aliisque eiusmodi visionibus ; angeli, quamquam formae et figurae expertes, non semel patriarchis et prophetis visi sunt ; 10.) De angelis, qui mulieribus circa Christi sepulcrum apparuerunt ; eos, quales visi sunt, tales depictos esse ; de honore angelis debito ; per eos preces nostras Deo offerri ; 11.) Ignorare Iconomachos, quid sit pictura, quid circumscriptio, quid *γραπτός*, quid *περίγραπτος*, haec autem non confundenda ; 12.) Quid sit *γραφὴ* seu pictura, quid *περιγραφή* seu circumscriptio ; 13.) Christum tribus modis circumscribi, non eadem esse *γραπτὰ* et *περιγραπτά* ; 14.) Enumeratio variarum rerum, quae, etiamsi circumscriptae sunt, pingi tamen non possunt ; 15.) Qui virtutes pingunt, eas non proprie pingunt, sed fingunt ; Iconomachorum stupor statuentium idem esse *γράφειν* et *περιγράφειν* ; aliter sentire ipsum illum, cuius auctoritate utuntur et quem verum Asterium esse contendunt ; 16.) Veri Asterii testimonium ; nuspiam S. Patres pro *γράφειν* dixerunt *περιγράφειν*, nec *περιγραφὴ* aut *περιγραφικὴ* aut *ζωοπεριγράφος* pro *γραφὴ* seu *ζωγράφος* ; 17.) Christus corpus habuit circumscriptum, quamdiu vixit, item cum ascendit in coelum, cum cuiusmodi corpore venturus est ad iudicium ; 18.) Christus, cum viveret, non aderat corpore in duobus simul locis neque etiam nunc, cum in coelo sit, eum nobis corporaliter adesse ; si fuit *ἐνσώματος*, incarnatus, fuit etiam in loco circumscriptus ; 19.) Qui Christum negant circumscriptum fuisse, ii Docetarum errore implicantur ; eorum opinio ; Christus, cum effigiatur, non circumscribitur, sed pingitur idque non quatenus Deus, sed quatenus homo ; si incarnatus fuit, fuit etiam circumscriptus ; 20.) Si propter hypostasin, quae in Christo una est, corpus Christi esset incircumscriptum, esset ob eandem causam et invisibile et incomprehensibile idemque nec tangi posset nec manducari ; de corpore Christi in sacramento Eucharistiae ; verum illud corpus esse, non imaginem : 329/374 ; **Antirrheticus III** (non eodem tempore, quo reliqui, editus, nam continet multa, quae in superioribus iam edita) : Prooemium : Stulte Iconomachos quaerere, unde traditum sit colere imagines ; cap. 1 : Quemadmodum Iconomachi, traditioni inhaerentes, evan-

gelicos libros et crucem adorent, sic orthodoxi, traditionem secuti, imagines venerantur ; in iis, quae ad Deum pertinent, non argumentandum, sed credendum ; 2.) De fide et incredulitate ; orthodoxi fidem colunt ; 3.) Usum pingendi ipsi evangelii praedicationi coaevum esse ; picturam esse genus quoddam scripturae erudiendis simplicibus idiotisque necessarium ; 4.) Picturae utilitas, per quam eorum, quae Christus sive fecit sive passus est, memoria renovatur ; evangelicae scripturae cum historicis rerum evangelicarum picturis collatae ; 5.) Sermones ipsi nihil aliud sunt nisi rerum imagines ; sermonibus lucem et vim addunt picturae ; de veteribus libris, in quibus adiunctae erant imagines scripturis ; historicae picturae idem valent ac historici sermones ; maior oculorum quam aurium fides ; evangelica historia imaginibus expressa nihil aliud est quam ipsum evangelium ; 6.) De statua aerea, quam Christo posuit mulier sanguinis fluxu liberata ; quid de ea re dixerit Asterius in illius mulieris encomio. Iconomachos non Christianis, sed Iudaeis adnumerandos ; 7.) De traditione, quae non est scripta ; Christus suas leges non scripsit, sed animis insculptas esse voluit ; testimonium Lucae evangelistae ; multa in ecclesiis observantur, quae usu et traditione, non scriptura nituntur ; enumeratio variarum traditionum ; 8.) De lege et consuetudine ; traditio, id est, usus ipsis grammaticis venerabilis est ; de traditione varia testimonia ex evangelio, ex epistolis Pauli, ex Chrysostomo, Basilio Magno, Epiphanii scripto *Περὶ τῶν προσφερομένων κεκοιμημένοις* ; idem valere legem et consuetudinem ; contra eos, qui dicunt « Quaenam lex iubet imaginem Christi adorare » ? 10.) De varia adoratione. 11.) De Caesaris imagine. 12.) De eo, quod imperatorum ipsae imagines venerabiles sint ; 13.) Ipsis Iudaeis dementiores esse Iconomachos, qui imperium Christi excusserint ; 14.) Eosdem Persis amentiores esse et Herode contumaciores, 15.) Exemplum de adorantibus et conspuentibus imaginem Christi ; 16.) Historia de S. Maria Aegyptia. 17.) Historia de imagine Polemonis ; 18.) Verba S.Basilii ; 19.) Filius seu Verbum imago Patris dicitur secundum hypostasin minime dissimilem ; 20.) Etiam imago sensibilis similitudinem cum forma Christi retinet ; 21.) Quid sit imago et secundum quid *εἰκὼν* dicta sit ; divisio ; 22.) Artificialem imaginem ratione speciei et formae cognominem esse prototypo ; 23.) De imagine verba S. Gregorii Theologi ; 24.) Verba S. Cyrilli ; 25.) Verba S. Dionysii ; 26.) Clementis Alexandrini e tractatu de Pascha ; 27.) Etiam Samuelem prophetam Christi imaginem fuisse ; 28.) De Graecorum detestandis superstitionibus ; 29.) Ipsa simplicia et compositione carentia mystice effingi ; proinde Christum, cum sit persona composita, composite et materialiter effingi posse ; 30.) S. Patres et synodi imaginibus templa ornari dictis factisque curaverunt ; 31.) Filium imaginem Dei dici Patris, cum hypostasin habeat natura nil discrepantem, nos autem filios Dei dici adoptione et gratia eam similitudinem habentes cum eo, qui natura et potestate Filius est, quam habent imagines cum prototypo ; 23.) Se ipsos fraudant Iconomachi adoptione, qua per sacrum baptisma contigit eos adoptari ; 33.) Tollentes Christi passionem crucem ipsam simul tollunt ; 34.) Quomodo sanctificantis Christi figuram impii respuant, sanctificatae autem crucis figuram colant ; 35.) Syllogismi decem ; quanto pretiosior Christus propria cruce, tanto imaginem Christi pretiosiorem esse imagine ipsius crucis ; 36.) Pretiosa ipsa ligna conculcari ab iis contundique ex auro et argento efficta phylacteria ; 37.) Contra eos, qui vetant sacris vestibus intexi imagines ; 38.) Contra eos, qui dicunt Christum post resurrectionem non circumscribi ; 39.) et qui dicunt : « Si id, quod mortale et corruptibile erat, mutatum est, quidni et illud, quod erat circumscriptum ? » ; 40.) Quid significet illud : « Non facies similitudinem ullius rei » etc. ; 41.) Contra eos, qui dicunt : « Quanam lege iubetur similitudinem Dei fieri ? » 42.) De Abgaro et imagine Christi non manufacta ; 43.) De Persarum rege, qui misso pictore Christi in Bethleem nati et S. Virginis Mariae imaginem videre voluit ; 44.) Manichaeis et Arianis imagines aboleri ; 45.) De iis, qui avium et bestiarum imagines sacris vestibus intextas imaginibus Christi et Sanctorum aequiparant ; 46.) De iis, qui demonstrationem petunt, qua confirmetur, imagines colendas esse ; exemplum solis, item maris et fluvii ; 47.) Demonstratio, qua ostenditur Christianos speciem et appellationem Christi retinere per derivationem, id est, a Christo tamquam fonte derivatam ; 48.) Exemplum ; duo filii unius patris ; 49.) Quid possint dicere adversarii de S. Maria et de Sanctis ? Numquid etiam hi ex divinitate et humanitate constant ? 50.) Et olim in corporibus et nunc in imaginibus cum Christo persecutionem pati et decertare S. Martyres ; 51.) De certaminibus eorum ; 52.) Eos et cum viverent, martyres fuisse et imaginibus etiam nunc martyres esse ; 52.) Iconomachi Sanctorum intercessionem spernunt et veneranda eorum templa evertunt ; 54.) Templa et imagines Sanctorum idem cum illis nomen et gratiam aequam habere ; 55.) Qui haec faciunt, eos Marcionis et Manetis impietate laborare ; 56.) Renuntiasse prorsus Christianae fidei et ab ea abalienatos esse Iconomachos ; 57.) Imaginibus res veras indicari itaque Iconomachos Christi et Sanctorum memoriam abolere ; 58.) Quid sit illud « Faciamus hominem secundum similitudinem nostram » ? 59.) Nostri sacerdotes coelestium ordinum et hierarchiarum similitudinem exprimunt ; 60.) Quare Filius idemque Verbum tamquam imago Patris honoretur,

Filii autem imago propter Filium ludibrio habeatur ; 61.) Christi et Sanctorum insignia prorsus ab Iconomachis contempta esse ; 62.) Quinam sint et cuius disciplinae Iconomachi ; 63.) Quinam sint, quorum Deus venter est ; 64.) De illis, qui beatum praedicant impium Mamonam Constantinum ; 65.) De calamitatibus et mortiferis cladibus, quae illius aetate infinitae acciderunt ; 66.) Coeli astra, non ferentia iniuriam Christo factam, decidisse e coelo sicut passionis temporibus ; 67.) Fames et rebelliones contra Mamonam ; de gentium incursionibus et praedationibus ; 68.) Piae imperatricis Irenes opera compressam esse haeresin ; 69.) Errores illos vagos quaerentes sibi religionem invenisse Manichaeorum superstitionem ; 70.) De illis, qui dicunt longaevum ideo fuisse Mamonam, quod in Deum contumeliosum fuerit ; 71.) Mamonam, cum moreretur, gehennae designatae limina agnovisse ; 72.) De bellicis eius expeditionibus ; 73.) Impios et atheos imperatores longaevos et fortunatos vixisse ; 74.) De regibus Israel et Iuda ; 75.) De crudelitate Mamonae ; 76.) Quomodo passionem Christi et Sanctorum certamina cavillatus sit ; 77.) Quomodo venerandum et apostolicum habitum exuere cogebat monachos et eos *ἀμνημονεύτους* vocabat ; 79.) Narratio de imperatore Theodosio Magno et de monacho, qui baculo et sudario cervice sua detracta miraculum contra hostes patravit ; 80.) Monachos a Mamona mulieribus copulatos esse ; 81.) De piis imperatoribus, quorum vita et prospera fuit et longa ; 82.) Inde ab ipsa Christi aetate ecclesiam instituta et dogmata sua illaesa retinuisse usque ad Mamonae apostatae tempora ; 83.) Non esse imperatorium, sed Iudaicum scelus haeresin Iconomachorum ; 84.) Ortam ex Iudaeis et Saracenis hanc impietatem Leoni et Constantino, irreligiosis principibus, adhaesisse : 395/534 ;

Apologeticus pro inculpabili, pura et immaculata nostra Christianorum fide et contra eos, qui putant nos idolis cultum exhibere : 1.) Prooemium : Suum esse cuilibet rei tempus iuxta Salomonem, fidei autem defendendae tempus nunc adesse ; 2.) Melius facturos homines, si omissis inutilibus quaestionibus futurum iudicium vitamque aeternam meditentur ; 3.) De fidei progressu a prima usque origine, ut varie pro variis temporibus divina providentia hominum saluti consuluerit ; de lege veteri, de salute humani generis per Christum reparata ; theologiam a sanctis doctoribus abunde esse hactenus explicatam ; 4.) De perversis Iconomachorum opinionibus ; eas a synodis iam pridem esse damnatas, easdem nunc in perniciem ecclesiae reviviscere ; 5.) Iconomachorum vitia, eos gulae praecipue et ventri deditos esse ; 6.) Eorum plerosque concilio Nicaeno subscripsisse, deinde mutavisse sententiam, mox depositos et sacerdotio privatos turbas movisse ; 7.) Ut Iconomachi lingua et manu in Ecclesiam et res sacras grassati sint, pathetica et vehemens declamatio ; 8.) Iconomachi cum Iudaeis collati ; Christum per illos secundo et tertio passum esse, eius nempe in imaginibus violatis et deformatis ; 9.) Iidem collati cum aedificatoribus turris Senaar, item cum Ianne et Mambre, cum Alexandro et cum filiis Core et denique cum senioribus Babyloniis, qui Susannam calumniati sunt ; adiunxisse sibi Iconomachos colluviem hominum vilissimorum ; quam ob rem permiserit Deus Ecclesiam turbari et orthodoxos vexari ; invectiva in corruptissimos sacerdotum mores ; 10.) Duplex Iconomachorum blasphemia, prima idololatras esse, qui imagines sanctas colunt, altera corpus Christi incircumscriptum esse ; primum errorem eos conari testimoniis sanctorum Patrum confirmare ; 11) alterum Arianorum et Manichaeorum testimoniis astruere ; 12.) De Eusebio Caesariensi et de Ariana haeresi ; 13.) Testimonia S. Patrum male intellecta et trunca ab Iconomachis adhibita ; 14.) Invectiva in eos, qui schisma denuo excitarunt ; 15.) De persecutione ab iis suscitata ; 16.) De his, qui metu amittendi bona vel dignitates haeresin amplexi sunt ; Iconomachorum mores ; Christi, Apostolorum et prophetarum dicta adversus eos prolata ; 17.) Crimina orthodoxis ab haereticis obiecta ; de synodo seu pseudo-synodo Copronymiana ; 18.) Expositio fidei orthodoxae. — De Deo uno et trino ; 19.) De Christo ; 20.) De Christi seu de Incarnatione Verbi fusius ; 21.) De duabus in Christo naturis et de unione hypostatica ; 22.) Duas esse in Christo voluntates et operationes duas diversas ; 23.) De adoratione duplici ; de imaginum cultu, de obiecto haereticorum crimine ; 24.) Quinam sint idololatrae ; Iconomachos hostes Dei esse ; dicta prophetarum contra Dei hostes prolata ; 25.) Episcoporum et sacerdotum impietas per prosopopoeiam amplificata ; de secunda Nicaena synodo ; 26.) Argumenta contra Iconomachos petita ex iis verbis, quae in Liturgia recitabantur *Ἀποστατήσας ἡμᾶς τῆς πλάνης τῶν εἰδώλων* etc. ; 27.) In illa Iconomachorum verba : « Nisi vos Constantinus (Copronymus) ab idolorum insano cultu liberasset Christus nobis nullo modo salutem afferre potuisset » ; Iconomachos in ipsa sacrorum mysteriorum celebratione pugnantia et dicere et facere ; de religionis Christianae progressu ab ipsa usque origine ; 28.) Si Christus ecclesiam suam ab idolorum cultu liberare non potuit, quae sequantur inde absurda ; 29.) Argumentatio in sacerdotes Iconomachos dicentes se idololatras fuisse ; 30.) Duo esse idololatrarum genera, item diversum esse idolorum et imaginum cultum ; 31.) Multos coli ab idololatris deos, habitu et figura varios, unum a Christianis, sacrificiorum diversitas ; 32.) Alia argumentatio ironica contra Iconomachos dicentes se serviisse idolis ; 33.) Duplex criminatio ab Iconomachis ex-

cogitata, prima in ipsam Christi imaginem, altera in Christianos ; Iudaeis et Graecis Iconomachos peiores esse ; 34.) An ea, quae Iconomachi docent, congruant cum S. Scripturis et dictis propheticis, quorum sequitur electio ordine chronologico ; 35.) Davidis verba et ad ea observationes ; 36.) Verba Michaeae, Oseae et Habacuc ; 37.) Verba Sophoniae et Zachariae ; 38.) Christianos ab idolorum cultu longissime abesse ; quae fuerit martyrum, ascetarum et anachoretarum fides ; 39.) De diis gentium et fabulosa theologia ; superstitiosum cultum idolorum abolitum esse, ex quo Christus in mundum venit ; 40.) Coli ab orthodoxis Christum, coli item eius imaginem, scilicet corpus Christi pingi potuisse et circumscriptum et passibile fuisse ; 41/44.) Verba Malachiae et Isaiae ; 45.) Apostolorum Pauli, Ioannis et Petri dicta cum propheticis congruentia ; 45/46.) Iterum Isaiae verba ; 47.) Eius et S. Pauli verba de purificata et sanctificata Christi Ecclesia et eius cum Christo unione ; 48.) Excursio in Iconomachos ; verba prophetica Isaiae ; 49.) Falsum est, quod Iconomachi dicebant, aversum esse et abalienatum populum a Deo ; refutatio per dilemma ; 50.) Id agere Iconomachos, ut Christum sua et dignitate et virtute spolient ; eorum verba cum evangelicis collata ; 51.) Eosdem et Patri iniuriam facere et Spiritui Sancto ; Ieremiae verba ; 52.) Alia Ieremiae verba ; 53.) Quam dulcia sint Dei eloquia et promissa ; 54./57.) Ezechielis verba ; 58.) Danielis verba ; 59.) Epilogus propheticorum testimoniorum ; excursio in Iconomachos ; 60.) Ut ab iis templa ipsa sint vastata et deformata, item sacrae vestes et vasa ; 61.) Ne ipsis quidem libris evangelicis eos pepercisse ; quid distent picturae a scripturis sive historiae pictae ab iis, quae scriptae sunt ; de praestantia et utilitate picturae ; 62.) Iconomachos evangelii contemptores et violatores esse ; 63.) Eos et Christo et Sanctis bellum indixisse ; prosopopoeia ; Iudaeis peiores esse Iconomachos ; 64.) Iconomachi Christi imaginem oderunt, ut panthera hominis effigiem ; querimonia seu lamentatio ob profanationem templorum ; 65.) Quas rationes se habuisse Iconomachi dicant destruendarum imaginum ; eae rationes refelluntur ; 66.) Utilitas imaginum ; de lege Mosaica ; de gratia, quae Christo auctore legi successit ; 67.) Lex et gratia inter se collatae ; non posse simul stare idololatriam et gratiam ; 68.) Quantum gratia et veritas legi et figuris praestent ; de sacerdotio Christi ; de sacrificiis ab eo institutis ; de tabernaculo et caerimoniis ; 69.) Tabernaculum vetus cum novo collatum ; de mediatore seu ministro, de pontifice, de candelabro, de mensa, de pane, de sacrificio, arca et propitiatorio ; Prooemium fusioris disputationis de Cherubim ; 70.) De Cherubim aureis ipsius Dei iussu fabricatis et arcae impositis ; veneranda fuisse illa simulacra multis de causis ; 71.) Pretiosa esse et veneranda ea, quae ad Deum peculiari quadam ratione referuntur et ad eius gloriam pertinent ; imagines Cherubim cum imaginibus Christi collatae ; imaginum usum antiquissimum esse et ipsi Ecclesiae coaevum ; quantum praestent sacra novae legis veteris testamenti sacris ; 72.) De templo Salomonico ; de templo post transmigrationem Babylonicam aedificato ; quanta utriusque gloria ; 73.) Illam templi et veterum sacrorum gloriam evanuisse, ex quo veritas umbrae successit ; Christianorum templa cum Iudaeorum templis collata ; 74.) Quantum nova sacra veteribus praestent ; Iudaeis templi instaurationem negligentibus indignatum esse Deum, quanto magis Iconomachis, templa evertentibus ; 75.) Si Christus assumpta carne homines nihil iuvit, necesse esse, ut vel nesciverit vel noluerit vel non potuerit ; 76.) Absurdum esse primum ; 77.) Item secundum et tertium ; 78.) Christum et scivisse et voluisse et potuisse salvos nos facere ; 79.) De fide et incredulitate ; fidem Christianam esse irreprehensibilem ; 80.) Quaenam vere impura et immunda sint ; non esse repudiandas imagines ob incredulitatem et dementiam Iconomachorum ; 81.) De Iconomachorum pertinacia et duritie ; octingentos annos praeteriisse, ex quo imaginum cultus in Ecclesia vigeat ; 82.) Qui per omne illud tempus vivebant, an idololatrae fuerint ? 83.) Invectiva in Iconomachos, operis totius epilogus ; **Appendix** : Selectae sententiae et fidei regulae ex Sacris Scripturis et Patrum operibus excerptae, i.e. Ioannis, Pauli, Isaiae, Chrysostomi, Cyrilli Alexandrini, Basilii, Gregorii Nyseni, Dionysii Atheniensis et Athanasii : 533/850 ; **Altera demonstratio de Sanctis Imaginibus** : 849/850 ;

Canones aliquot : De ieiunio monachorum ; de itinere in Dominica non faciendo ; de Apocalypsi Pauli, brontologiis, selenodromiis et calandologiis non suscipiendis ; item de Apocalypsi Esdrae et Zosimae, duobus martyriis S. Georgii, SS. Cerysi, Iulittae, libris Marci et Diadochi non legendis ; de monachis, qui puniuntur ; de largitionibus mortuorum ; de aegris baptizandis ; de iis, qui non ordinandi sunt ; de diebus, quibus operari non oporteat ; de bigamis et trigamis ; de patricidis, de baptismo a monacho dando ; de pollutione ; de iis, qui ex concubina et ex scorto et ex bigamis et trigamis nati sunt ; de baptismo infantium ; de iis, qui usuras accipiunt : 851/854 ; **Appendix ad Canones** (de rebus similibus) : 853/864 ;

Breviarium historicum de rebus gestis post imperium Mauricii (i.e. ab anno 602 usque ad annum 769) : Epistola nuncupatoria Petavii ad G. Vairium : 863/866 ; Epistola Petavii ad lectorem : 865/866 ; Protheoria : 865/872 ; Synopsis chronologica Heraclii annorum 18 : 871/876 ; *breviarii textus* : 871/994 ; *Chronographia brevis* : **Monitum** : 994/1000 ; *textus chronographiae brevis ab Adamo*

ad Michaelis et Theophili tempora (usque ad Nicephori mortem, anno 829) ; Particula I : Ab Adamo usque ad imperatorem Basilium ; 2.) Apparatus chronologicus : *a*) Annorum mundi brevis computatio ; b.) Genealogia Valentiniani Magni : 1019/1022 ; c.) Romanorum imperatrices : 1023/1026 ; d.) Brevis comparatio annorum Nicephori ad communes mundi annos : 1025/1028 ; Particula II : Reges decem tribuum Israel : 1027/1032 ; Hebraeorum pontifices summi : 1030/1036 ; Patriarchae Hierosolymitani : 1035/1940 ; Episcopi Romani : 1039/1042 ; Episcopi Byzantini et Constantinopolitani : 1041/1050 ; Episcopi Alexandrini : 1049/1054 ; Episcopi Antiocheni : 1053/1056 ; Quae Scripturae canonicae : 1055/1058 ; Quae scripta dubitanter Veteris et Novi Testamenti : 1057/1060 ; Quae scripta apocrypha : 1059/1060 ;

Epistola ad monachum quendam Theodosium, inclusum Corinthi, continens quarumdam quaestionum solutionem : De bigamis et scortantibus ; de compaternitatibus et confraternitatibus vetitis ; de mulieribus, quae fetum enecant ; de infantibus, qui mortui inventi sunt ; de servis, qui sine benedictione cum ancillis copulati sunt ; de scriptis sacris legendis : 1061/1064 ;

Epistola ad eundem de ligandi solvendique potestate : 1065/1068 ;

Stephanus, diaconus Constantinopolitanus (anno Domini 808) :

Notitia (*Fabricius, Biblioth. Graeca ed. Harles, tom. VIII, pag.* 349) : 1067-1070 ; *Benedictinorum praefatio* (*Analecta Graeca I,* 396) : 1067/1070 ; *Vita auctore Stephano, diacono ecclesiae Constantinopolitanae* : textus Graecus : 1069/1186.

Procopius diaconus (anno Domini 815) :

Notitia (*Fabricius, Biblioth. Graeca, ed. Harles., tom. VII, pag.* 562) : 1187-1188 ; *Encomium in S. Apostolum et Evangelistam Marcum* : 1187/1200.

S. Gregorius Decapolita (anno Domini 817) :

Notitia (*Galland, Vet. Patr. Biblioth. tom. XIII pag.* XIII) : 1199-1200 ; **Sermo de visione, quam cum habuisset Sarazenus quidam, credidit et propter Iesum Christum martyrio affectus est** : Sarazenus, cum missae celebrationi interesset, vidit sacerdotem puerulum manibus accipientem et mactantem et sanguinem eius in calice fundentem et corpus eius frangentem et ponentem in disco : tum Sarazenus monachus factus per Amerumnem patruelem martyrium passus, cum episcopi iussu Mahometum coram eo anathematizasset : 1201/1212 ;

Christophorus, patriarcha Alexandrinus (anno Domini 836) :

Notitia (*M. Lequien, Oriens Christ., tom II pag.* 465) : 1213-1214 ; *Notitia altera* (*Fabricius, Biblioth. Graeca, ed. Harles, tom. XI, pag.* 594) : 1213-1214 ; *tom. XII* (*anni* 1741) *pag.* 656) : 1215-1216 ; *Homilia de eo, cuinam similis. sit vita haecce hominum et in quem finem desinat* : 1215/1232 ; *Epistola ad imperatorem Theophilum de S. Imaginibus* ; cf. Ioan. Damasceni opera, tom. 95, col. 343.

S. Methodius Confessor patriarcha Constantinopolitanus (anno Domini 847) :

Notitia (*L. Allatius, Diatriba de Methodiis ad calcem S. Hippolyt oper., pag.* 89) : 1231/1240 ; *Notitia altera* (*Fabricius, Biblioth. Graeca, ed. Harles, tom. VII, pag.* 273) : 1239-1242 ; *De S. Methodio Confessore* : *Eius cultus apud Graecos Latinosque et vitae acta* (*Acta Sanct. Iun., tom. II pag.* 960) : 1241/1244 ; **Vita (Graece) auctore coaevo :** cap. 1 : Ortus, studia, monachatus, tormenta tolerata, exsilium in spelunca : 1242/1252 ; 2.) Patriarchatus Constantinopolitanus, res in eo gestae, morbus, obitus : 1251/1262 ; *Analecta ex variis* (*Latina*) : cap. 1 : Castimonia, aerumnae in spelunca, acta in aula Theophili, calumniae depulsae : 1261/1266 ; 2.) In patriarchatu cicatrices servatae, festum Orthodoxiae ordinatum, translata corpora Ss. Theodori Studitae et Nicephori patriarchae, constitutiones editae, vitae aliquot Sanctorum et homiliae scriptae : 1266/1272 ;

Homilia de Cruce et Passione Christi (*Gretser, De S. Cruce, tom. II ed. nov. pag.* 401) ; cf. opera Methodii Martyris (tom. 18, col. 397) ; **Oratio in S. Agatham** : 1271/1292 ; **Martyrium beati Dionysii Areopagitae** (cf. tom. 4, col. 669, 684) ;

Epistola missa ad patriarcham Hierosolymorum de depositione apostatarum sacerdo-

tum : 1291/1294 (Invectiva in Ioannem Iconoclastam) ;

Epistola contra Studitas (propter eorum scripta contra S. Nicephorum et S. Tarasium) : 1293/1298 ;

De iis, qui abnegarunt, secundum diversas personas et aetates, et ad orthodoxam veramque fidem revertuntur : Si puer abnegaverit, si adolescens, si senes tormentis coacti defecerint ; si quis sponte defecerit : 1299/1308 ; Orationes propitiatoriae pro eo, qui post abnegationem ad veram fidem revertitur : 1307/1318 ; Ex Euchologico patriarchali, qua ratione ex haeresibus in S. Dei catholicam et apostolicam Ecclesiam remigrantes suscipere oporteat : De Arianis, Macedonianis, Sabbatianis, Quartodecimanis, Apollinaristis : 1317/1322 ; Qualiter oporteat a Manichaeorum haeresi ad Dei Ecclesiam accedentes scriptis suis abiurare (Anathematizent Zaradem (i.e. Zoroastren) et Boddam (i.e. Buddham) et Scythianum, Sisinnium, Addantum, Adimantum, Hieracem, Heraclidem, Aphthonium, Thomam, Zaruam, Gabriabium, Marcionem, Valentinianum, Basilidem, Iteulem, Scotos, Saclacaetem Nebrod) : 1321/1324 ; Alia versio : 1323/1326 ;

Georgius, metropolita Nicomediensis (anno Domini 860) :

Notitia (*Fabricius, Biblioth. Graeca, ed. Harles tom. IX, pag.* 9) : 1327/1332 ; *Notitia altera* (*M. Lequien, Oriens Christ., tom. I, pag.* 593) : 1333/1337.

Orationes : *Monitum* : 1333/1334 ; Oratio 1 : In oraculum conceptionis S. Deiparae : 1335/1354 ; 2.) Laudatio in conceptionem S. Annae, parentis Ss. Deiparae : 1353/1376 ; 3.) In conceptionem et nativitatem Ss. Deiparae : 1375/1400 ; 4.) In conceptionem eiusdem : 1399/1402 ; 5.) Encomium in Ss. Deiparae praesentationem in templo et ut Deo consecrata sit iuxta historiam : 1401/1420 ; 6.) In eiusdem ingressum in templum : 1419/1440 ; 7.) In eandem solemnitatem et ea, quae historia deinceps habet : 1439/1456 ; 8.) In illud « Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius et soror matris eius » et in sepulturam divini corporis Christi, sancta et magna die Parasceves : 1457/1490 ; 9.) De immaculatae Virginis in sepulcro assistentia et gratiarum actio pro gloriosa resurrectione : 1489/1504 ; 10.) Encomium in sanctos miraculorum patratores, gratuitos medicos Cosmam et Damianum : 1503/1528 ;

Idiomela : 1.) In Ss. Deigenetricis ingressum ; 2.) In S. Ioannem Chrysostomum ; 3.) In S. Patres, qui primum Nicaenae convenerunt (16. Iulii) : 1527/1530 ;

Indices Analytici : 1.) *Index in S. Nicephori Antirrheticos* : 1529/1534 ; 2.) *Indices in S. Nicephori Breviarium historicum* : a.) *Index grammaticus* : 1533/1536 ; b.) *Index historicus* : 1535/1540 ; 3.) *Index in Vitam S. Stephani iunioris* : 1541/1542 ;

Ordo rerum, quae tomo 100 *continentur* : 1541/1544.

Tom. 101 (1860) :

Photius, patriarcha Constantinopolitanus (anno Domini 891) :

Praefatio in eius opera, nunc primum collecta : 1.) *De persona et gestis Photii* : I/IV ; 2.) *De eius doctrina et eruditione* : IV/V ; 3.) *De tentatis editionibus omnium eius operum* ; 4.) *De prima hac editione omnium eius operum* ; 5.) *De primo volumine huius editionis* : V/VI ; 6.) *De secundo volumine huius editionis* : VI/VIII ; 7.) *De tertio et quarto volumine huius editionis* : VIII/IX ; 8.) *De operibus eius deperditis, praetermissis et ineditis* : IX ; 9.) *De operibus eius, quae alio nomine, quam a nobis edita sunt, circumferuntur* : IX/X ; 10.) *De operibus eius argumenti profani* ; 11.) *De iis, qui in elucidandis eius operibus insudarunt* ; 12.) *De iis, qui acta et scripta eius elucidarunt* : X.

Opera exegetica : *Dissertatio historica et critica editorum de Quaestionibus Amphilochianis* : 1.) *De Amphilochiorum nomine, origine et scopo* : 1/6 ; 2.) *An Photius singularum quaestionum auctor fuerit* : 6/10 ; 3.) *De materiis et rebus, de quibus agunt quaestiones* : 10/12 ; 4.) *De codicibus potioribus, quibus quaestiones exhibentur* : 13/15 ; 5.) *De his quaestionibus huc usque editis* : 15/17 ; 6.) *De praesenti quaestionum editione* : 18/20 ; *Jos. Chr. Wolfii Praefatio in suam quaestionum editionem*, (*Curae philolog. et criticae in N. T., Basileae* 1741) : 21/26 ; *Epistola A. A. Scotti ad lectorem* : 25/30 ; *Praefatio Ang. Maii* (*Scriptor. Vet. nov. coll. Vat anno* 1825 *et* 1831) : 29/38 (1. *Cod. Vatican. Amphilochiorum Photii* ; 2.) *Pars Amphiloch. antehac edita* ; 3.) *De sua editione* ; 4.) *Controversiae aliquot de Amphilochiis*). *Eiusdem Ang. Maii Praefatio in Amphilochias quaestiones* (*Scriptor. Veter. nov. Coll., tom.* 9, *pag.* 1/158) ; *Conspectus argumentorum* : 39/44 ; **Amphilochia sive in Sacras Litteras Quaestiones, Diatribe** ad **Amphilochium,** Ss. metropolitam Cyzici, qui variarum quaestionum solutionem ad trecentarum usque numerum tempore tentationum flagitavit : Prooemium : 45/48 ; Quaestio 1 : Perpenditur illa Domini iussio dicentis : « Ne habeatis zonam neque calceamenta neque

peram », item : « Nunc vero qui habet crumenam, sumat pariter et peram » etc.: 47/96 ; 2.) Si die 7° requievit Deus ab universis operibus suis,quomodo Patris Verbum dicit: « Pater meus usque modo operatur et ego operor »? 95/100 ; 3.) Cur Dominus luto usus est, non autem alio modo, ut oculos caeci curaret? 99/102 ; 4.) Quid est illud : « Odio habentes eam,quae carnalis est,maculatam tunicam »? 101/102 ; 5.) Cum, quidquid necessitati subiacet,invitum necessitati pareat, necesse autem sit, ut eveniant scandala (Matth.xviii 7) in mundo, quomodo iniustum est imprecationi subicere eum, qui vim patitur, et ab eo poenas peccati repetere? 101/104 ; 6.) Cur Moses regni coelorum nullam mentionem fecerit, quamquam Servator in evangelio manifeste dicat a constitutione mundi illud esse iustis paratum? 105/110 ; 7.) Si finis saeculorum nobis advenit, quibusnam saeculis Christi divitae in nos ostendentur? 109/112 ; 8.) Quomodo dicitur filios Dei peccatum non facere, qui iuxta eandem Scripturam ex aqua et Spiritu nascuntur, et tamen multos videmus per baptismum filios Dei effectos peccatum facientes? 111/114 ; 9.) Quomodo Davide patre dicente : « Homo tanquam fenum dies eius », Salomon, eius filius, declarat « Est aliquid magnum homo et aliquid honore dignum vir »? 113/116 ; 10.) Quare daemoniaco morbo aegrotantes lunaticos evangelista vocat? 115/120 ; 11.) Quare, cum Adamus peccasset et mortis poenam incurrisset, eius filius, qui non peccavit, tamen sante eum mortem subiit? 119/122 ; 12.) Non existit contradictio, etsi quibusdam videatur, inter illud « In iudicium ego in mundum veni » et illud « Non veni, ut iudicem mundum, sed ut salvem mundum » : 121/124 ; 13.) Si in aeterna poena versari multo deterius est quam omnino non vita uti, cur Deus homines illos, qui in peccatis vitam con sumpturi erant, rem peiorem prae meliore eligens creavit? 125/130 ; 14.) Quid est illud « Aperti sunt eorum oculi » et quomodo transgressio vim habuit oculos aperiendi? 131/134. 15.) Cur Moses in cosmogonia regni coelorum mentionem non fecit, quamvis Servator dicat illud a constitutione mundi paratum esse iustis? Monitum Hergenroetheri ; textus : 133/138 ; 16.) Cur Moses invisibilem terram nuncupavit? 137/140 ; 17.) Cur prohibet, quin carnes a feris captas homines comedant? 18.) Quid est illud « Non apparebis coram me vacuus »? 139/142 ; 19.) (aliter 18.) : Quomodo inter se non adversantur « Ecce omnia pulchra nimis » et quae sequitur divisio, cum dicitur alia quidem ex animantibus esse munda, alia immunda? 141/146 ; 20 (19.) : Quare, ex haeresi egressus homo si vitam agat irreprehensibilem, ad sacerdotium pervenit, qui autem maculis corporeis inficitur, etiamsi ab iniustis abstineat, ad sacerdotii dignitatem non invehitur? 145/148 ; 21 (20) : Quaenam in Sacris Litteris notio vocabulo « respondit » et similibus subiecta sit : 147/164 ; 22 (21) : Quare non, priusquam statuit Joseph Mariam dimittere, ei astitit angelus hanc curam praeveniens et tollens? et quare mulierem Iosephi virginem dicit? 103/108 ; 23 (22) : Quid est illud « Ecce Adam factus est tamquam unus e nobis sciens bonum et malum »? 167/174 ; 24 (23) : Quomodo et voluntaria et involuntaria Patri mors Christi dici queat fuisse et quomodo rursus accidat, ut eadem mors diabolo voluntaria simul et involuntaria fuerit? 173/190 ; 25 (29) : Cuiusnam vox fuit, quae dixit « Hoc autem totum factum est »? evangelistaene an archangeli? 189/192 ; 26 (25) : Cur natus Christus permiserit sui causa infantium caedem fieri? 191/198 ; 27 (26) : Quomodo, cum Deum unum, tres autem hypostases dicamus, et Patrem dicimus Deum et Filium per se Deum et Spiritum Sanctum similiter? 197/206 ; 28 (27) : Si ex eodem principio Filius ac Spiritus Sanctus procedunt, quomodo nec fratrum appellationem accipient nec Filii nomen Spiritus Sanctus acquiret? 205/211 ; 29 (28.) : Si baptisma Ioannis peccatorum remissionem praestabat, quidnam a Dominico baptismate differebat? 211/220 ; 30 (29.) : Quomodo, cum Salvator dicat « Nonne duo passeres asse veneunt et unus ex illis non cadat sine Patre meo, qui in caelis est », Paulus autem inquit : « Numquid de bobus cura est Deo »? 221/228 ; 31 (30.) : Quid est illud « Potest Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham »? 227/230 ; 32 (31) : Quid illud « Cuius ventilabrum in manu eius », et quae sequuntur? 229/234 ; 33 (32) : Quomodo, cum Core et Dathan et Abiron divinam iram experti essent et reliquae turbae exterritae animi audaciam reprimere debuissent, hae contra Mosen murmurant? 233/236 ; 34 (33.) : Quid significant pueri, qui Iudaeis cecinerunt et non saltaverunt, lamentaverunt et illi non planxerunt (Matth. xi 17, Luc. vii 32)? 237/248 ; 35 (34.) : Quomodo cohortatio « Parati estote semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, quae in vobis est, spe » accipienda est? 247/260 ; 36 (40, 30.) : Quid est illud « Faciamus hominem ad imaginem nostram »? Quid est imago et exemplar? 251/262 ; 37 (36.) : Quomodo illud « Oculum pro oculo et dentem pro dente » huic praecepto non adversatur « Ego autem dico vobis non resistere malo »? 263/272 ; 39 (38.) : Quomodo, cum Iacobus duos filios ex Rachele susceperit Iosephum et Beniaminum, Moses postea Iacobi filios recensens inquit « Fuerunt autem filii Balla, Gera et Noeman et Anchis et Ros et Amphim et Omphimim, Gera autem genuit Arad »? deinde vero subdit « Hi filii Rachel, quos peperit Iacob », 271/274 ; 40 (39.) : In exodo cum Mosen urgeret illud Domini praeceptum « Extende manum tuam super aquas Aegypti et super fluvios eorum et rivos et paludes et omnes lacus aquarum... et sit cruor », cum hoc prodigium evenisset, undenam alia de-

bertus Dyrrhachium oppugnat, Alexium Augustum acie vincit ; Perioche : Robertus immensis copiis terra marique Dyrrhachium oppugnat ; propugnatorum Dyrrhachii timor, Georgii Palaeologi pectus intrepidum ; eiusdem experientia et peritia rei militaris ; omnia parat ad propugnationem ; Alexium admonet per nuntios de urbis periculo ; Robertus imperii, non praedae cupidus ; eius machinae et turris lignea ; interrogatus, cur Dyrrhachium oppugnaret, quid responderit ; Pseudo-Michaelem obsessis ostendit, qui eum irrident ; eruptio Graecorum in Latinos, variae opiniones de Raectore monacho ; sollicitudo Alexii ob potentiam Roberti, Turcos in auxilium accersit ; Venetos donis et promissis in Robertum concitat ; eorum classis valida prope Dyrrhachium appellat in locum Pallia dictum ; classem Roberti adoriri primum non audent ; mittit ad eos Baimundum Robertus iubentem, ut Michaelem imperatorem agnoscerent ; id illi facere differunt, deinde melius praeparati praefata negant ; Baimundus se irrideri non ferens eos aggreditur suo damno, tantum non perit illa pugna nave, in qua erat, perforata et hausta fluctibus ; etiam terrestri pugna Veneti Robertum lacessunt ; erumpente eodem tempore Palaeologo Veneti recedunt ; Alexius iis gratias agit et munera largitur ; Robertus nec per hiemem obsidionem deserit ; Veneti redeunt, cum iis Romana classis, Robertianos in fugam vertunt ; Robertus mari pulsus nec terrae possessionem tuetur, Epirotis tributum pendere ipsi recusantibus, quem mari exclusum scirent ; classem ergo iterum parat ; difficultas annonae Roberti exercitum vexat et pestis, qua tribus mensibus decem hominum milia perierunt ; equitatus Roberti vastatus morbo ; comites aut duces, viri fortissimi, ad quingentos fame et morbo absumpti ; naves in fluvium subductae, cum exhausto amne in mare duci non possent, Robertus arte illi incommodo medetur ; Alexius Pacuriano scribit, ut copias contrahat et sibi praesto sit ; ipse imperator adversus Robertum pergit ; fratrem Isaacium Constantinopoli relinquit ad tutelam urbis et praevertendos motus ; Alexius instructa acie proficiscitur ; quae eius copiae et qui earum duces ; Robertus Dyrrhachium vehementer oppugnat, Palaeologi fortitudo et vulnera ; Alexius Thessalonicae subsistit ; Roberti castra munitissima et instructissima, iactu tantum sagittae a muris Dyrrhachii distantia ; turris lignea Roberti inutilis reddita et incensa a Palaeologo ; Alexius in conspectum hostium venit, Palaeologum invitum et repugnantem Dyrrhachio ad se evocat ; qui cum aliis senioribus ducibus proelium dissuadet, iunioribus contra suadentibus ; Robertus pacem offert Alexio frustra ; Robertus ducibus et comitibus permittit electionem ducis alterius, cui se ipsum obsecuturum spondet ; persuadet suis, ut impedimenta comburant, et naves frangant, ne spes ulla mox proeliaturis fugam ostendat ; Robertus tota nocte orat ante proelium et sacra mysteria percipit, tum aciem instruit, Alexius item ; pugna committitur ; Gaita, Roberti coniunx, milites a fuga retrahit ; barbari omnes auxiliares Alexii gladio aut igne pereunt ; caedes Alexianorum, imperator generosissime pugnat ; solus fugere cogitur ; mirabiliter se ab insequentibus expedit incredibili quodam equi saltu ; Roberti dolor et ira in suos, quod elabi Alexium sivissent ; Alexius nec vulnere nec fuga conturbatus, Achridem se recipit et inde curam Dyrrhachii : 327/376 ; **liber V** : Argumentum : Robertus Dyrrhachio in potestatem redacto in Italiam rediens Henricum, Alemanniae regem, fugat castris eius captis ; Baimundus in Illyrico relictus multis urbibus captis et Alexio imperatore bis acie victo tertio ad Larissam proelio non plene victor, quamquam non omnino victus, redire tamen ad patrem cogitur conspiratione suorum, quos contra eum Alexius clam concitaverat ; Italus quidam homo turbulentus Constantinopoli revocare prava dogmata publice iubetur ; Perioche : Roberti deliberatio ; Dyrrhachienses oppidum tradunt ; Roberti caritas in suos et cura supplendi exercitus ; imperatoris maeror generosa spe coniunctus ; comparatio Alexii cum Roberto ; illius prae hoc excellentia ; imperator Deaboli suos colligit, novos delectus cogitat, Botaniatis profusio ; exinanitio aerarii ; cur Alexius imperium non abdicarit ; principes pecuniam conferunt ; spes militum immensae ; a sacris pecuniis subsidium quaesitum ; sebastocrator convocata synodo ecclesiarum minus celebrium spolia petit ; repugnat ei libera voce Metaxa ; Leo Chalcedonensis spoliatione templorum efferatur in Alexium, quem acriter incessit longa eius abutens patientia ; pecuniae sacrae iterum tentatae, Leo doctrinae suspectae reus factus, licentissime in Augustum invehitur ; eius reconciliationem oblatam spernit ; Chalcedonensi sede deponitur et in exsilium mittitur ; imperator milites exercet, legatis missis Alemanniae regem in Robertum incitat, Constantinopolim revertitur ; Manichaei ab eo recedunt ; Robertus audita expeditione Henrici in Longobardiam Baimundum Illyrico praeficit et ei bellum Romanum commendat ; Italiam repetit ; exercitum Salerni congregat, Romam tendit ; hinc cum papa iunctus in Henricum movet, qui territus fugit ; Robertus eius castris et spoliis potitus Romam redit ; ibi papa in sede confirmato rex ab eo salutatur ; tum Salernum se recipit ; ubi patrem Baimundus tristi vultu convenit, perfidia suorum a medio victoriarum cursu revocatus ; is post patris abscessum magnis copiis transfugio Romanorum auctis multas urbes capit,arces munit, regiones devastat, bis Alexium acie vincit et fugat insidiis eius evitatis ; trium comitum coniurationem detegit et vindicat ; Alexius auxilia Turcorum implorat ; Baimundus Larissam obsidet propu-

gnante Leone Cephala ; Alexius auxilio Larissensibus venit, somnium videt, votum facit, insidias struit ; hinnitu equorum victoriae omen capit ; simulata Romanorum fuga, imperator castra Gallorum capit ; clades equitatus Gallici, Baimundi vanum gaudium, fortitudo praesentis animi ; Latini Romanos caedunt ; laudes Michaelis Ducae ; strategema Baimundi, Romani exercitus fuga ; Uzae fortitudo ; Latini turbantur inclinatione vexilli ; Alexius comites Gallos colloquiis tentat, non frustra, conspirant enim contra Baimundum et eum recedere cogunt ; Alexii studium pro religione et sana doctrina ; Itali novatoris ortus et primordia ; litterarum studia imperante Alexio florent ; Michael Psellus divinitus adiutus in litteris ; iurgia Itali cum Psello ; Michael Ducas Augustus et fratres eius tres amantes litterarum ; Italus Epidamnum mittitur, Romam fugit, Constantinopolim revocatur, principatum professionis philosophicae obtinet, vitia eius et laudes ; doctrinae qualitas et genus, parum prodest discipulis ; digressio de studiis Alexii et Irenes ; nam haec deditissima erat lectioni, praesertim operum S. Maximi ; Italus convincitur pravi dogmatis, iudicium ecclesiarum eludit, dogmata eius anathemati subiciuntur, ea ipse revocat et se ecclesiae reddit : 377/440 ; **liber VI** : Argumentum : Roberti expeditio secunda ; pugnae cum Venetis, res cum Turcis feliciter gestae, bella eorum civilia, initia belli Scythici ; Perioche : Consilium et apparatus oppugnandae Castoriae ; eius arcis descriptio et oppugnatio, strategema imperatoris, deditio arcis et transfugium praesidiariorum ; Pauliciani evocantur blandis litteris, in custodiam dantur publicatis bonis ; poenae remissio, clemens et sententia in nocentes ; murmur in imperatorem ob spoliatas sacras sedes ; conventus ab Augusto indictus cognoscit de donariis templorum ablatis, apologia imperatoris ab ipso perorata ; humilis eiusdem concessio et iusta restitutio ; coniuratio detecta ; clementia imperatoris publicatione bonorum contenta ; Blaesus Manichaeus Augusto iratus fugit, Beliatobam occupat, foedus cum Scythis init ; frustra revocatur ab imperatore, qui Manichaeos ceteros sibi reconciliat ; Baimundi reditus ad patrem, Roberti maeror et generosum propositum, apparatus ad expeditionem novam ; Gidas, Roberti filius, non frustra ab Alexio tentatus ; filii Roberti Aulonem et Buthrotum capiunt ; Robertus Hydrunte traicit Aulonem ; imperator Venetorum opem implorat, classem parat et armatam mittit ; Veneti Robertum vincunt semel iterumque ; Venetorum secura negligentia causa ipsi magnae cladis ; Roberti insignis victoria crudelitate foedata ; fides Illyricianorum in Alexium ; victoria Venetorum de Roberto reportata ; imperatoris liberalitas in Venetos ; Robertus Cephalleniam invadit, vetus vaticinium de Roberti morte male intellectum ; moritur prope Hierosolymam, desertam Ithacae civitatem ; filius eius Apuliam repetit ; sepelitur Robertus in monasterio S. Trinitatis ; Dyrrhachium imperatori deditum ; Sethi astrologi de Roberto vaticinium ; digressio de Genethliacorum disciplina ; unde Anna haec cognita habuerit et cur haec scripserit ; Alexius Genethliacis infensus, cur ; varii Genethliacae artis consulti ; Alexandreus Genethliacus exsilio multatus ; Eleutherius et Catananges genethliaci celebres ; praedictio duplex mortis Alexii vana ; cur Catanangem Alexius non expulerit ; elogium Roberti ; defenditur Alexius adversus criminationes male feriatorum ; purpura domus Augustarum puerperiis dicata ; Annae Comnenae ortus miraculo insignis ; pietas Annae in parentes ; popularis laetitia in natalitiis principum ; familiae Ducarum proprium gaudium in ortu Annae ; Constantinus, Michaelis filius, et Anna acclamatione coniuncti ; Annae soror secundogenita ; tum Caloioannis ortus quanta populi laetitia celeber ; descriptio pueri ; status rei Turcicae ; summa dicendorum ; Philareti desperatio, filii eius atrox consilium ; Amer Solymas Antiochiam occupat, Charatices Sinopem expilat ; Tutuses Amerem Solymam vincit, qui sese interficit ; magni sultanis ad imperatorem legatio ab eo contempta, sed legatus, eius interpres, a sultane abductus ; Charatices violati Deiparae templi poenas praesentes luit ; arces maritimae sultanis imperatori redditae ; Siauzes baptizatur ; satrapae arcium ipsis commissarum dominos se faciunt ; Apelchasemus sultanicium ambit, Bithyniam incursat ; Taticius contra eum mittitur ; Galli ad Nicaeam Turcos fugant ; Taticius recedit, Apelchasemo insequente ; pugnatur ad Prenetum Romanis Gallorum ope victoribus ; Apelchasemus Cium occupat piraticam meditans ; Manuel Butumita contra eum missus, Taticius item ; naves Apelchasemi combustae ; Latini pugnandi facultatem extorquent et Apelchasemum vincunt ; is Nicaeam fuga perlatus invitatur ab imperatore blandis litteris ; mox Constantinopolin venit et ibi regie habetur, interim, dum Eustathius arcem maritimam contra Turcos exstruit ; Apelchasemus Augustissimi titulo et donis maximis auctus Constantinopoli discedit ; comparatio Alexii cum Themistocle ; Prosuchus Nicaeam oppugnat ; Apelchasemus auxilium imperatoris implorat et impetrat ; angustiae imperii cum eius veteri amplitudine comparatae ; Alexius imperii limites dilatat et restituere antiquos cogitat ; obsidio Nicaeae metu Romanorum solvitur ; Puzanus a sultane contra Apelchasemum mittitur ; sultanes affinitatem imperatoris ambit ; Nicaea iterum atque saepius frustra tentatur a Puzano ; Apelchasemus cum muneribus ad sultanem profectus non auditur ; paulo post circumventus strangulatur ; Alexius affinitatem sultanis re ipsa aversatur, specie non repudiat ; Tutuses sultanem fratrem duodecim sicariis immissis interficit ; Chasiorum secta ;

Puzanus Tutusem proelio adortus vincitur et occiditur; Tutuses a Spargiarucho acie superatur et necatur; Pulchases Nicaeae praefectus, ab imperatore tentatur; Solymae filii Nicaeae recepti; Cliziasthlan sultanes creatus Pulchasen loco movet; Euphorbeni Alexandri clades, quam Opus ulciscitur; satrapae Alexio conciliati; Pacurianus et Branas acie victi et caesi a Scythis, qui vicissim a Taticio vincuntur: 441/530; **liber VII**: Argumentum: Alexius acie vincitur a Scythis; cum Tzacha Turco bellum vario eventu per suos duces gerit, ipse consilio et arte supplens defectum virium, contra Scythas iterum et tertio prospere pugnat; Perioche: Tzelgu, dux Scytharum, Chariopolin incursat; id Romani ulturi et prohibituri veniunt; anxia Romanorum deliberatio, ecquid acie periclitandum; Scythae vincuntur a Romanis, tamen eorum fines incursare pergunt; imperator cum magnis copiis contra Scythas vadit et decernendum cum iis proelio censet; quam importuna calamitas belli cum Scythis fuerit; Bryennius et Maurocatacalo pugnam dissuadent; descriptio Purpurae domus Augustarum puerperiis dicatae; Bryennii caeci praesagum dictum; is erat rei bellicae consultissimus; historia conscripta a Bryennio Caesare, huius caeci nepote, Annae marito; laudes et dotes Bryennii Caesaris; Ister binominis; Scytharum metus et insidiosa legatio, cuius fraus Augusto subolet, quare eam reicit; solaris deliquii occasione ingeniose utitur imperator; Scythae oratores in custodiam dati elabuntur; Alexius Sideram transit; pabulatores Romani bis caesi; Scytharum subita et vehemens irruptio in castra Romanorum; imperator Dristram expugnat, arces duas obsidet; Tati mandata ad suos; consultatio Romanorum de proelio; sapiens Palaeologi et Maurocatacalonis sententia; Peristhlaba magna quae civitas, ubi sita, cur sic dicta; Diogenis filii, feroces et inexperti rerum iuvenes, imperatorem in pugnae consilium trahunt; ordo Romanae aciei, sex imperatoris in proelio comites; forma aciei Scythicae; mandata ad suos procinctos; mors Leonis, filii Diogenis Augusti; Adriani fuga; novus Scytharum exercitus; Alexius pallium S. Mariae Deiparae pro vexillo manu ipse gestat in proelio; Alexii periculum consilio et fortitudine discussum; moderatio Alexii; protostratoris salubre consilium; imperatoris fuga sapiens et generosa; protrostratoris amor et casus; confusio in fuga, fortitudo Alexii, Nicephori Diogenis in periculo dexteritas; Alexius a iactantiae suspicione purgatus; cogitur Alexius vexillum relinquere; incolumis Beroën pervenit; Palaeologus equo amisso alium divinitus accipit apparente ipsi Leone, Chalcedonensi praesu'e; eius antistitis quae laudes, quae vitia; Palaeologus ei addictissimus; centum quinquaginta milites a Scythis conclusi Palaeologi opera evadunt; eius mirabiles casus; Melissenus Caesar captivus impedit, ne captivi occidantur, Commanorum ad Scythas victores oratio et pugna in eos victrix; Ozolimnae paludis magnitudo; non ab odore, sed ab Hunnis alias Uzis dictis nomen paludis; loca plurima imperante Alexio nomina mutarunt; comparatio eius in hoc cum Alexandro; obsidio Scytharum ad Ozolimnam a Commanis soluta; Flandriae comes imperatori iuramentum praestat; Scythae in fines Romanorum irrumpunt; pax cum iis per Synesium facta; Commani facultatem pugnandi cum Scythis ab imperatore non impetrant; Scythae a pace pacta resiliunt et Philippopolin usque promovent; nova belli gerendi ratio ab imperatore inita, prudentia eius ad praesentem rerum usum accommodata; Scytharum impetus ineluctabilis, pax cum iis facta, Migideni filius caesus, Migideni mors e luctu; Scythae pacem violant, Archontopalorum cohors ab Alexio instituta, cur sic dicta; Archontopali caeduntur a Scythis magno Alexii dolore; imperator oppidum Aprum praeoccupat, Taticius Scythas populatores caedit, quingenti equites e Flandria imperatori auxilio veniunt; Tzachas classem armat et Clazomenas occupat, Mitylenam quoque totam excepta Methymna, mox totam insulam Chium; classem Romanam duce Niceta Castamonita Tzachas idem vincit; Dalassenus arcem Chii oppugnat; aperto muro insultus militum a ducibus differtur; Turci dato spatio impigre usi novum murum faciunt; iis Tzachas auxilio venit; nova ratio classis instruendae, Romana classis fugit; Dalassenus obsidionem Chii solvit et suos instruit ad pugnam; Galli a Turcis fusi; Romani sine pugna fugiunt; periculum classis Romanae; colloquium pacis componendae causa et spe cum Dalasseno expetitum a Tzacha, eius ad Dalassenum oratio, responsum Dalasseni; Ioannes Ducas contra Dalmatas et Bodinum missus; undecim annis rem prospere et fortiter gerit; inde revocatur contra Tzacham mittendus; Tzachas Smyrnam se recipit; Dalassenus Bolissum capit, Chium iterum oppugnat et expugnat; Neantzes Scytha transfuga proditor; velitatio cum Scythis funesta Romanis; Latini Maniacatae Romanis auxilio veniunt, strategema imperatoris perfidia Neantzis irritum; impudens fiducia Neantzis proditoris, qui accusatori suo caput amputat, inde plus suspectus; eius scelus cur dissimulatum ab Augusto; Neantzes ad Scythas transit, Scythae eius maxime consilio Romanos vincunt; imperator fugiens vultum hostibus obvertit et multos necat; Pyrrhum Georgium Scythis opponit; exercitu redintegrato in Scythas iterum movet eosque terret; Romanus exercitus augetur; Tratanes Scytha perfidiae poenitens Alexio addictus; eius sapiens et fidum consilium fidelisque et utilis opera; imperator suos ad proelium parat; Scythae in Romanos infesti eunt et in fugam vertuntur; Domestici imperatoris viri fortes; castra Romana Tzurulum translata;

Scythae Tzurulum et ibi imperatorem circumsident ; is ex angustiis strategemate se expedit ; rotae e muro suspensae ; Scythae in insidias pertracti, rotarum evolutione caeduntur et funduntur, postridie iterum vincuntur ; imperator Byzantium repetit : 531/600 ; **liber VIII** : Debellatum cum Scythis ingenti proelio, quo gens universa uno die deleta est ; conspirationes duae detectae ; Perioche : Imperator ad opem ferendam Choerobacchis advolat ; suis tempus sequendi constituit ; cura eius ad custodiam oppidi Choerobacchorum ; exploratio sollers hostilis exercitus ; consilium audax ; imperatoris adhortatio ad suos, eorum timor ; eruptio Alexii in Scythas improvisa et felix ; Romani Scythicis vestibus induti Scythas fallunt et vincunt ; reditus imperatoris Constantinopolin triumphali quadam pompa ; Palaeologi eum procul cernentis dubitatio ; comitas imperatoris ; eius mores et ingenium, Palaeologo suspectissimum ; admiratio et gratulatio publica ob celerem victoriam ; Palaeologi dolor, quod pugnae non interfuerit ; totum huius victoriae decus uni Alexio proprium ; Byzantinorum plausus et acclamationes ; exceptio subinvida Nicephori adversus victoriam Alexii ; Scythae nihilo debiliores aut mitiores hac clade facti usque ad suburbia Constantinopoleos excurrunt ; templum S. Theodori martyris concursu Byzantinorum antea celebre, tunc desolatum ; Tzachas, mari potens et Romanis infestus, portus et oras omnes piraticis grassationibus vexat, anxietas imperatoris ; consilia Tzachae funesta rei Romanae ; foeda hiems Constantinopoli ; diligentia Alexii ; exercitus terrestris cur ad oram maritimam collectus ; veterani in urbium praesidia dispersi ; novi delectus ; quae genera tironum Alexius probaverit ; eius sollers exploratio locorum ; situs castrorum ad Cherenum vicum peropportunus ; sollicitudo Alexii forti fiducia coniuncta ; Communi colloquio de pace tentati faciles se praebent, obsides dant et iurant foedus et pugnam in Scythas deposcunt ; velitationes inter eos ; cautio providi ducis in traiectione amnis ; metuendum et a sociis ; agme[illegible]uxiliare procul visum hostile existimatum ; Rhodomerus fidus explorator ; prospera Romanorum in Scythas pugna ; Neantzes proditor in custodiam datus ; Alexii dexteritas in Scythis eludendis ; Scythae Communos frustra sibi conciliare conantur ; hi pugnam contra eos flagitant additis minis, ni concedatur ; incertus imperatoris animus ; prolium tandem decernit ; ad id Dei opem implorat cum universo exercitu ; lampadum et cereorum religiosa succensio ; velites graviter armati ; Romanae aciei forma ; Scytharum immensa multitudo et plaustrorum vallum insuperabile ; quidam e Scythis transfugiunt ; imperator a Communis cavet ; ingens carnificium Scytharum, aqua pugnantibus in aciem delata ; Scytharum tota gens uno die deleta ; Romani primo proelio Scythas contempserunt, ideo victi iusto Dei iudicio, nunc contra in infirmitatis suae conscientia divinitus victores ; Synesius cum imperatore agit, ut captivi Scythae interficiantur ; id imperator prae humanitate renuit ; Scythae captivi nocte trucidati, Augusti ob eam rem ira in Synesium ; Comani abeunt insalutato imperatore,castra Romana cur alio translata ; Melisseni Caesaris adventus et gratulatio ; Augusti constans promissorum fides ; perfidiae ipsam speciem vehementer horret ; liberalitas eius in Comanos ; Ioannaces cum Comanis recedentibus missus ; finis belli Scythici ; virtus in eo ingens Alexii perspecta ; Ariebis et Umpertopuli coniuratio ; clementia imperatoris in eos convictos ; expeditio in Dalmatas ; Ioannes, sebastocratoris filius,Dyrrhachii dux meditatae defectionis accusatus ; Argyrus Caratza missus Dyrrhachium ; litterae Augusti ad Ioannem ; aliae ad Dyrrhachienses, mandata Caratzae data ; sebastocrator ad imperatorem pro filio accurrit ; familiaris caritas fratrum imperatoris et sebastocratoris ; sebastocrator filium accersit et eius causam iracunde et impotenter agit ; mansuetudo imperatoris ; minae sebastocratoris in Adrianum, magnum domesticum eius, et Augusti fratrem ; Ioannes liberalitate Augusti crimine solutus ; Theodori Gaurae virtus et felicitas ; Gregorius, eius filius, filiam sebastocratoris sibi despondet ; affinitate dirimuntur sponsalia ; Gregorius tamen ab imperatore in aula retentus aegre ferente patre, quem Augustus frustra delinire conatur ; Gauras filium secum iussu imperatoris abducit, sed eum remittere cogitur ; sponsalia Gregorii Gaurae cum una ex sororibus Annae ; pueri contumacia et consilium de fuga, communicatum et probatum quibusdam imperatoris ministris ; Michael pincerna coniurationem Augusto indicat non credenti ; Gauras puer sacrum mucronem, quo latus Christi punctum est, subripit ; deprehensus in custodiam datur ; eius coniurati alii alio dispersi sub custodia : 601/650 ; **liber IX.** Argumentum : Carycae et Rhapsomatis rebelliones, quorum hic Cyprum, ille Cretam invasit, in exortu feliciter oppressae ; Tzachae bellum Abydenum nece eius terminatum ; expeditio Dalmatica triplex ; Nicephori Diogenis coniuratio et insidiae in Augustum deteguntur et puniuntur ; Perioche : Imperator limitem Dalmaticum invisit et labore magno firmat munitionibus ; spes et cogitationes Tzachae imperatori compertae, qui iis occurrit ; Ioannes Ducas in Tzacham cum terrestri et maritimo exercitu mittitur ; scita munitio castrorum ; Mitylene oppugnatur ; trimestre spatium quotidianis contra Tzacham proeliis extractum magna fatigatione Romani exercitus, tandem victoris strategemate imperatoris ; Tzachas impetrata pace datisque et acceptis obsidibus fidem fallit ; perfidiam eius Dalassenus ulciscitur invito Ioanne Duca ; Tzachae naves capiuntur, ipse aegre evadit ;

pars Romanae classis circum insulam missa ; Samus a Ioanne recepta ; Carycae et Rhapsomatis defectio ; Creta caeso Caryca Ducae reddita ; Cyrene apud Cyprum a Duca capta ; Rhapsomates invasor Cypri rei bellicae rudis transfugio suorum perculsus capitur ; Calliparius procurator Philocales, Eumathius rei bellicae praefectus in Cyprum missi ; Tzachas rursus bellum parat ; imperator adversus eum cum classe Dalassenum mittit ; sultanem contra eundem litteris concitat. Tzachas Abydum oppugnat ; eum mari Dalassenus, terra sultanes aggreditur ; Tzachas ad sultanem confugit, a quo inter epulas occiditur ; pax inter sultanem et Augustum ; Bolcanus Dalmatiae dynasta Romanos fines invadit ; imperator in eum cum exercitu vadit ; eius impetum legatione fraudulenta Bolcanus infringit ; qui Romanam iterum ditionem vastat ; Ioannes Comnenus in eum mittitur ; is iuvenis inexpertus et praeceps eluditur a veteratore Bolcano et nocturna impressione caeso exercitu fugatur ; Bolcanus victor Romanam ditionem ruinis et incendiis deformat ; imperator tertiam expeditionem in eum suscipit ; qua Daphnutium provectus ibi periclitatur ab insidiis Nicephori Diogenis ; securitas imperatoris sui custodiam ingenti fiducia neglegere soliti ; Dei protectio in eum ; deprehenso parricidae vultum eundem atque antea imperator exhibet ; excipitur a Constantino Duca in villam Pentegostin, ubi a Nicephoro Diogene tantumnon occiditur ; deprehensus Diogenes ad Mariam Augustam confugere cogitat ; Constantinus Pentegoste relinquitur ; Romani Diogenis imperatoris duo filii superstites exsilio cum matre multati ab Alexio restituuntur ; eorum dotes ; imperatoris in eos favor ; Leonis Diogenis gratus et moderatus animus ; Nicephori machinationes imperatori detectae ; is iis qua ratione occurrerit ; Diogenes socios defectionis parat, praesertim e magnatibus ; artes dotesque Nicephori ; descriptio eiusdem et laudes et vis in animos ; imperatoris sollicitudo anxia, qui tandem statuit comprehendere Diogenem ; eum prius Adrianus Comnenus, imperatoris frater, Diogenis sororem in matrimonio habens, ad confessionem sceleris et poenitentiam frustra hortatur ; memorabilis eventus mutati praesenti Dei numine, sicarii in Alexium immissi ; Alexii lenitas in eum et liberalitas et fiducia in Deum ; Alexius a male opinando de aliis alienissimus ; Muzaces Diogenem capit et torto confessionem sceleris exprimit ; Maria Augusta coniurationis aliquatenus particeps ab Augusto crimine solvitur, flos ipse urbanae et castrensis nobilitatis coniurationi Diogenis implicatus deprehenditur ; Alexii constans pietas in Mariam Augustam ; unde is insidias Diogenis rescierit ; omnium ingens consternatio, imperatoris praecipua anxietas ; Diogenes Caesaropolin deportatur cum Cecaumeno et Taronita ; ceteris venia indulgetur ; seritur fama excaecati Diogenis ; concilium militare ab imperatore convocatum ; solium et ornatus imperatoris ; metus omnium ; oratio imperatoris, acclamationes, gratia criminis coniuratis facta ; Diogeni et Cecaumeno eruuntur oculi, incertum, an volente Augusto ; Bolcanus serio pacem petit et impetrat obsidibus datis ; imperator domum reversus Diogeni condolet et ei bona reddit ; is rure studiis vacat, praesertim geometriae, in qua excellit ; cogitationem tamen resumit invadendi imperii et coniurare et rebellare iterum cupiens deprehenditur et gratiam criminis ab Augusto accipit : 651/696 ; **liber X** : Argumentum : Nili et Blacharnitae haereses Alexii cura oppressae ; Pseudo-Diogenis imposturae ; bellum Comanicum eius instigatione inchoatum eiusdem excaecatione et Comanorum clade patratum ; expeditiones sacrae Gallorum contra Turcos et quid earum occasione imperator egerit ; Perioche : Nili ortus, dotes, studia, celebritas, haeresis, contumacia, coniunctio cum ipso Armeno, damnatio in synodo item ut Blacharnitae ; Pseudo-Diogenis impostura et rebellio ; unde is ortus, quibus naturae et malitiae partibus instructus ; Chersonam relegatur ; fugit ad Comanos ; imperator ab iis acclamatur, qui clam expeditionem parant ; imperator se contra instruit, limitem munit, Dei voluntatem exquirit ; Comani Danubium traiciunt ; Adrianopoleos periculum et praemunitio ; Gelae et multae urbes aliae barbaris se dedunt ; res gesta apud Anchialum ; vana fiducia et iactatio Pseudo-Diogenis ; oppugnatio Adrianopoleos, Bryennii constans fides ; Constantinus Catacalo repellitur a Comanis ; virtus eius filii Nicephori, ingens eruptio Adrianopolitanorum, Mariani fortitudo ; Alacaseus Zopyrum imitatur, Pseudo-Diogenem capit, qui excaecatur ; multiplex victoria imperatoris de Comanis, quos caedit et exspoliat ; limes Bithyniae firmatur contra Turcos ; arx dicta ferrea ad Nicomediae tutelam conditur ; expeditionis sacrae Gallorum unde ortae ; locustae Gallicorum exercituum prodromi ; Graeci a Latinis sibi timent ; Petri exercitus occisione occisus a Turcis ; ossa Gallorum exstructa montem faciunt ; ex his urbs aedificatur ; Hugonis, qui frater erat regis Franciae, naufragium et deductio ad imperatorem ; comes provinciae maritimae vincitur ; Latini sacerdotis cum Mariano pugna pertinax ; Tzangrae descriptio ; Gothofredi cum imperatore simultates, oppugnatio Constantinopoleos, victoria imperatoris de Latinis ; Gothofredus malo domitus iuramentum imperatori praestat regieque ab eo exceptus discedit ; Raulis copiae pugnantes prospere cum Romanis circumveniuntur et vincuntur ; in terram sanctam mari deportantur ; artes imperatoris in Latinos, Latinorum vicissim in imperatorem ; audacia Latini cuiusdam imperatorem contemnentis increpita a Balduino ; eiusdem iactantia et modesta imperatoris responsio prudensque

consilium de vitandis insidiis Turcorum ; Baimundus relictis post se copiis imperatorem convenit ; mutua utriusque dissimulatio ; suspicio Baimundi de veneno sibi propinando ; prudentia imperatoris, imprudentia Baimundi suos irritantis ; iuramentum eiusdem imperatori praestitum, liberalitas imperatoris in Baimundum, eius inconstantia ; de astutia Baimundi Romanum imperium invadere cogitantis ; domesticatum orientis petens eluditur ab imperatore ; qui de ratione belli Turcici copiose disseritur ad Gallos ; Isangeles imperatori percarus ; cur ei animum suum aperuerit imperator ; iudicium Isangelis de Baimundo ; imperator cur se Gallis non adiunxerit cum Turcis pugnaturis ; Pelecanum se confert ; Nicaeam deditione sibi facta Turcorum ipsorum non concessione Gallorum obtinere cupit ; ad eam rem utitur Butumitae opera : 697/786 ; **liber XI** : Argumentum : Galli multis et ingentibus proeliis Turcos vincunt et res eorum paene profligant ; Nicaeam, Antiochiam, Hierosolymam, urbes alias plurimas partim imperatori, partim sibi subiciunt ; Gothofredus eligitur ab iis Hierosolymorum rex, succedit ei mortuo eius frater Balduinus ; imperator res prospere terra marique contra Turcos gerit ; Gallos cautis primum artibus, deinde bello aperto infestat ; Perioche : Galli Nicaeam oppugnant ; imperator Pelecani sedem eligens tempore obsidionis Nicaensis versutis artibus id agit, ut Nicaeam Gallis eripiat ; Butumita ad id utitur ; Isangeles primus a Turcis auxilio Nicaeae venientibus invasus eos vincit ; atrox Turcorum cum Gallis prœlium, diu anceps ; Galli vincunt ; sultanus permittit Nicaensibus, ut sibi consulant ; Gonatus turris Nicaeae cur sic dicta ; Manuelis Erotici Comneni praefectura contra Sclerum ; Nicaeae oppugnatio urgetur ; imperator ad eam machinas Gallis mittit ; cur se Gallicis copiis non adiunxerit ; Nicaeae adiunctus locus ab imperatore occupatur ; insultus in urbem acer ; Butumitae sollertia ; Nicaeenses Turci se ei dedunt ; imperatoris astutia ; copiae eius Nicaeam occupant Gallis exclusis ; Butumita Nicaeae praefectus Turcos satrapas ad imperatorem mittit ; Rhodomerus et Monastras eorum ductores parum cauti ; Galli comites evocantur ab imperatore ; Tancredi dictum et factum audax ; Taticius expeditionis sacrae comes adiunctus Gallis ab Augusto ; qui desertores militiae Gallicae colligit ; Baimundus agminis primi ductor atrociter invaditur a Turcis ; trimestris oppugnatio Antiochiae ; Taticius cum copiis ab ea recedit ; fames in castris Latinorum ; astutia Baimundi in parando sibi Antiochiae principatu ; Antiochiam proditione cuiusdam Armeni Baimundus primus intrat ; Galli undique simul irruentes urbem capiunt ; Curpagan sero auxilio veniens Antiochiae clausos intra eam Gallos oppugnat ; Baimundus novam arcem Antiochiae imponit ; fortitudo Gallorum constans in summis rerum angustiis ; imperator Ioannem Ducam contra piratas mittit, is Casparem classi praeficit ; ei adventu primo Smyrna deditur ; ingens in hac urbe caedes occasione necati Casparis ; Hyaleus Smyrnae praeficitur ; Tangripennes et Maraces acie apud Ephesum victi a Ioanne, capti satrapae per insulas sparsi ; Petzea Epheso praefectus ; Sardes, Philadelphia, Lampe, Laodicea Ioanni se dedunt ; Turcos idem ad Polybotum vincit ; imperator in auxilium Gallorum apud Antiochiam extrema tolerantium procedit usque Philomelium, ibi per legatos eorum de summa eorum necessitate plene edoctus eosdem tamen metu victus deserere statuit reditu pronuntiato, mox peracto frustra illum excusante filia ; Christiani cum imperatore Turcos fugiente transmigrant eius suasu ; Ismael archisatrapa Paipartum oppugnat ; Galli, deserti ab hominibus, ad Deum confugiunt ; Petrus episcopus eos ad poenitentiam hortatur et sacrum clavum quaerere monet ; is mirabiliter inventus Sangeli castissimo credito portandus traditur ; mirabilis victoria de Turcis, qua Galli quattuor numerosissimum Turcorum exercitum fundunt ; strages ingens Turcorum ; triginta dies praedae comportandae vix sufficiunt ; Baimundus Antiochiae praeficitur ; Hierosolyma oppugnatur a Gallis et capitur ; Gotthofredus eius rex creatur ; Amerimnas Babylonius in Gallos movet ; primo ab iis vincitur, mox eos vincit ; Ramelem de iis capit, Iapham oppugnat ; a Balduino denique vincitur ; Gotthofredus a Balduino fratre redimitur ; reliqui comites Galli Babylone captivi imperatori donantur ; Sangelis in imperatorem fides ; arces ei multas subicit ; eius praeclarum stratagema, quo Atapacam apud Antaradum vincit ; idem arcem designat prope Tripolin ; Tancredus Laodiceam oppugnat et capit ; Gotthofredo mortuo in regno succedere Sangeles recusat ; Balduinus ei sufficitur ; exercitus Normannorum novus milium equitum quinquaginta, peditum centum Constantinopolim venit ; duces eius Flandrenses duo consilia imperatoris respuunt ; is eis Sangelem et Tzitam comites dat ; Normanni Ancyram capiunt ; crudelitas eorum sacrilega miserrima eorum clade punita ; mors Sangelis ; eius nepotem et heredem Gulielmum imperator sibi adiungere nititur ; imperatoris et Baimundi mutuae querelae de se invicem ; Butumita contra Baimundum missus ; Michaelis et Bardae contumacia ex fiducia favoris Augusti ; Butumita prospere rem gerit in Cilicia ; Galli Asiani auxilia Pisanorum implorant ; Pisana classis nongentarum navium duce episcopo ; imperatoris contra eam apparatus ; Taticius honore auctus ; pugna Romanae classis cum Pisana tempestate dirempta, Romanis tamen ope ignis missilis inventi tum novi vincentibus, fugientibus Pisanis ; Latini a Romanis crudeliter trucidati ; Pisani ad Baimundum se conferunt ; Baimundus de pace

interpellatus a Romanis ducibus eam mentionem superbe reicit ; Romana classis naufragio perit ; imperator Curicum praeoccupat ; Genuensis classis auxilio Francis advenit ; classis Romana contra eam missa magno naufragio debilitatur ; Cantacuzenus Laodiceam oppugnat, urbem et portum ; arci Baimundus auxilia infert ; Monastras Ciliciam Gallis eripit ; Baimundus in angustiis deprehensus mortuum simulat ; sic tuto Coryphum defertur ; unde grandes minas intentat imperatori : 787/870 ; **liber XII** : Argumentum : Baimundi et Alexii contrarii utrimque apparatus ad bellum imminens ; Tancredi res in Asia prospere gestae ; coniurationes variae ; cometes Gallorum adventum portendit ; imperatoris et Irenes, eius coniugis, laudes variae ; Baimundi ex Italia in Illyricum traiectio ; Perioche : Baimundus expeditionem in Illyricum parat ; cum rege Francorum duplicem affinitatem contrahit ; imperator ad occidentis principes contra Baimundum scribit, Baimundus Alexium Augustum paganum vocat ; Galli comites trecenti a Babylonio tyranno capti ; Augustus ad eos liberandos mittit ; Babylonius eos imperatori donat, qui eos humanissime tractat et apud se habet ; iis testibus contra Baimundum utitur eos dimittens, ut in patria eorum imperatoris famae succurrant ; is Thessalonicam se confert duplici de causa ; copias eo evocat ex Asia ; Aspietes Monastrae subrogatus parum prudenter se gerit ; Tancredus parat irruptionem in Illyriam ; Aspietes genio indulget ; luxuriae illius quae causa et qui effectus ; Tancredus Mopsuestiam capit, mox Ciliciam ceteram ; Tancredus animo et arte militari praestans ; excusatur imperatoris error in Aspiete ; nobilitas blanda conciliatrix favoris et honorum ; Aspietis heroicum facinus eiusque merces ab Augusto ; copiae ad Sthlanitzam coactae ; Alexius vitae mollis impatiens, Thessalonicam se transfert ducta secum Augusta ; ea non libenter peregre agit ; religiosae virtutes, eius insignis pudor et modestia ; necessitate magna comes haeret Augusto peregrinanti, cui podagrae dolores delinit et minuit ; excusatio Annae, quod domestica etiam minuta describat ; Alexius sibi non parcit, ut reipublicae consulat ; coniurationum periculis exercetur ; adversus eas magnum habet praesidium in vigilantia praesentis Augustae ; haec ideo illum sequitur peregrinantem ; Irenes Augustae laudes ; cometa ingens, Gallorum adventum praenuntians ; quamdiu apparuerit ; oritur in occidente, in ortu occidit ; imperator in eius significatione indaganda curiosus ; Basilium consulit, cui S. Ioannes apparet et exponit, quid cometa designet ; imperator tirones erudit ; Dyrrhachium de novo munit eique Alexium, fratris filium, praeficit ; classem armat ; clades Ioanni a Dalmatis illata, Bolcanus pacem petit ; Ioannes filius Alexio imperatori nascitur cum sorore gemella ; Anthelii signi aēnei descriptio, unde sic dictum ; vento deicitur, hinc augurium trahitur mortis Augusti ipso pie et sapienter refellente ; coniuratio in Augusti vitam ; lamentatio Annae ob infelicem patris sortem ; imperatoris praestantis idea in Alexio primum ostensa ; coniurationis in eum novae auctores ; Salomon senator a Michaele Anema seductus ; Salomonis Ioannis descriptio ; Anemarum sive Anemadum fratrum astutia, Salomonis simplicitas ; Michael palatii fores obsidet ; coniurationis executio decernitur ; imperator zatricium de nocte ludens de periculo admonetur ; cubiculi imperatorii situs ; Salomon et Basilacius comprehensi fateri scelus nolunt ; Salomon tamen mox territus nomina aperit ; necis consilium ex aliis cognoscitur, Salomonis exsilium ; Augustae humanitas et misericordia in Salomonis coniugem ; excaecatio in Michaelem decreta ; idem foede traducitur per urbem ; commiseratio intuentium ; pro Michaele mater eius Augustum orat et exorat ; manus aēneae Constantinopoli fixae ; quid significent et quem usum habeant ; nuntius gratiae reo addicto factae ut sit efficax citra manus aēneas afferri damnato ; Michael in carcerem coniectus ; turris Anemae ubi sita et unde sic dicta ; Gregorius Trapezuntius dux Dabatenum et nobiles Trapezuntios captivos tenet, hi seipsos manu et vi liberant ; imperator Gregorium frustra monet ; Ioannes contra Gregorium missus eum vincit et capit ; imperator excaecare velle Gregorium prae se fert, sed Ioannis precibus eam poenam condonat ; Gregorius in carcere contumax, imperatoris in eum benignitas ; Caesar Bryennius in Gregorio ad mentem reducendo frustra laborat, Gregorius liberatur et restituitur ; Contostephanus contra Baimundum classi praefectus, imprudentia Contostephani ; Tancredi mater Hydruntum obtinet ; Contostephanus Brundisium oppugnat, ars mulieris expugnationem impedit ; Contostephanus a Gallis victus ; Scythae sex capti Baimundo magno usui sunt ad inflammandam Romani pontificis et Italorum invidiam in Alexium ; expeditio in Illyricum consensu et concursu omnium suscepta ; Romani classiarii fugantur, Gallis victoria e manibus eripitur, Contostephanus Aulonem recedit ; fretum e regione Aulonis servat ; Contostephanorum metus ; Lantulphi virtus et auctoritas ; Contostephani Chimaram se recipiunt, Lantulphus Aulone relictus ; ordo et instructus classis Baimundi ; species eius terribilis procul, felix eius transitus ; Lantulphus fugit ; quae gentes Baimundi exercitum conflaverint ; ora Illyrici vastatur a Gallis ; oppugnatio Dyrrhachii decreta, cur ; ad eam apparatus ; regio circumvicina subiugatur a Gallis, descriptio Dyrrhachii ; fines et forma sinus Adriatici ; Elissus arx Dyrrhachio peropportuna, ea utitur imperator ; de amne Drymone ; Achris palus a Mochro, rege Bulgariae, exhausta et denominata ; centum alvei in unum ad Deuren

coniuncti, Drymoni fluvio magnitudinem et nomen dant; cursor Scytha ad imperatorem missus traiecisse Baimundum nuntiat; consternantur eius comites, ipse securus et constans manet: 871/932; liber XIII: Argumentum: Alexius imperator odiis et insidiis suorum periclitatur; Baimundus Dyrrhachium miris machinis irrito conatu oppugnat; Gallorum cum Romanis pugnae variae vario eventu; Baimundi ferox virtus ab Alexio Fabianis artibus eluditur et sensim in arctum cogitur; ambo principes in colloquium conveniunt et pacem faciunt; Perioche: Sollicitudo et metus imperatoris a coniuratis; idem Constantinopolin proficiscens conturbatur, quod consuetum in templo Dei Matris miraculum non vidit; eam ob causam clam eo redit et tandem signi consueti visu dignatur; Choerobacchis praefectus Taronita; eius dotes et laudes; Isaacius et alii, quibus maris custodia credita, invigilari iussi suo muneri; imperatrix veniam repetendae urbis petit nec impetrat; novae conspirationis in imperatorem auctor Aaron consorte sceleris fratre Theodoro; Demetrius Scytha paratus sicarius, discessum Augustae opperitur; huius in comitatu mora conturbat coniuratos; qui famosum in eam et imperatorem scriptum vulgant, latere ipsi studentes poenarum metu; alter famosus liber sub mensam Augusti a Theodoro iacitur; quid is in Augustam deblateraverit; Constantinus eunuchus prehenso Strategio, Aaronis famulo, auctores libellorum detegit; quid detulerit Strategius; aequitas Augusti non temere accusationibus fidem habentis; chartae Aaronis coniurationis manifesta indicia continentes deferuntur ad Augustum; poena in convictos reos; exercitus in aciem eductus; terribilis et praeclara eius species; meditationes militares; trecenti iuvenes fortissimi ab Augusto ipso militiam docti; ex iis duces praeficit praesidiis claustrorum Romanae ditionis; Baimundus Dyrrhachium obsidet per hiemem; oppugnationem in ver differt; naves proprias incendit, cur; sagittarum iactus utrimque frequens; oppida Dyrrhachio per circuitum vicina capiuntur a Gallis; Baimundus machinas fabricat varii generis, ei rei patientissime intentus; difficultas annonae in castris Gallicis; fames illic magnas edit strages adiuncta vi morbi caeliaci vulgo grassantis; cuius causa ad Dei ultionem referenda; invictus malis Baimundus; oppugnare urbem incipit; prima eius machina arietaria testudo; huius descriptio; frangitur; securitas Dyrrhachiensium et salsa dicta in Gallos; horum ex desperatione torpor; aries Gallicus igni absumitur; pugna subterranea in fossis utrimque factis; artificium flammae difflabilis perniciosum Gallis; tertia machina molis maximae; situs Dyrrhachii et figura structuraque moenium eius; descriptio turris ingentis oppugnatoriae a Gallis admotae; Alexii, ducis Dyrrhachii, vigilantia; oppugnati ipsi machinas aedificant contra oppugnatores; et ignem missilem emittunt; incendium turris Gallorum; imperator ad Deabolin promovet; consultat ibidem de ratione belli; proelii aleam evitare constituit; vias praesidiis occupat ad commercium hostium cum suis cohibendum; amicitiae alimentum epistola; purgatio Alexii Augusti adversus cogitationes tacitas suspicantium eum prae metu non ausum decernere cum Baimundo; civilium dissensionum semina imperator in castris Gallicis serit, amicos Baimundi intimos suspectos ei reddere studens spe certa plenae victoriae, si coeptum perpetret; fidos ministros conquirit; simulatus transfuga missus ad Baimundum; proditionis defert fidissimos ei; falsarum litterarum tabellariis salutem paciscitur; Baimundi dolor et stupor ingens, tamen statuit nihil mutare; fratrem et delatos comites eodem quo prius loco habet; imperator diligentissime hostibus aditus obstruit; Galli undique obsessi; Baimundus Gidum fratrem versus Petrulam mittit; is Camitzen circumventum acie vincit et fugat; multi Romanorum caesi, inter quos Caras et Scaliarius Turcus Christianus; Cantacuzenus evocatur ex Asia, contra Gallos vadit, Myli castrum acriter oppugnat; Galli auxilio veniunt, Romanorum metus et fuga, sed tamen incendunt Gallorum naves; Cantacuzenus apto loco castra munit; Galli regredi coacti defectu navium; Michael Cecaumenus fugatus a Gallis; Galli in loco arcto invicti, in planitie non item; Cantacuzenus contra eos aciem struit, Scythae a Gallis fusi; Turci post Scythas non meliore fortuna pugnant; Alani quoque repelluntur; re ad Triarios redacta Cantacuzenus ipse capessens pugnam victores vincit; captivos et capita caesorum ad Augustum mittit; excusatio Annae, quod eius scripta non satis compta sint; Baimundus praedatores versus Aulonem mittit; Beroites occurrit et Baimundi naves incendit, nec eum turbat tamen; sex milia virorum fortium in Cantacuzenum mittit; eos Cantacuzenus imparatos deprehensos vincit; magna Gallorum clades; Baimundi patruelis, homo procerus, a Scytha pusillo capitur; caedes miserabilis cohortium Romanarum; gravis ob id Augusti dolor; Gabras et Marianus destinati Petrulam recusant; Lantulphus negligentiae defert classis duces; Baimundus auxilia copiosa accipit ab Italia; irae hinc et minae imperatoris in Isaacium, qui frustra satagens impedire nequit transitum navium Gallicarum; imperator ad eum tabulam orae litoralis mittit; Marianus Isaacio subrogatur; ratio cauta belli gerendi ab imperatore inita; Baimundus undique clausus annonae difficultate laborat, pacem petere cogitur; Clarelas ab eo transfugit; pestilentia in castris Gallicis; imperator non respicit mentionem pacis; Baimundum invitat, ut ad se veniat; obsides is petit et impetrat; colloquium eius cum legatis imperatoris; honores sibi certos paciscitur et ubi-

minica, Sabbato et Annuntiationis die praesanctificata offeruntur : 695/698 ; 53.) Qui filios a baptismate susceperunt, cum filiorum matribus copulari non permittes ; si quis autem copulatus sit, post separationem etiam poenam subeat : 697/704 ; 54.) Fratris filium cum fratris filia matrimonium coniungi non permittes, nec cum filia et matre filium et patrem,nec matrem et filiam cum duobus fratribus, nec fratres cum duabus sororibus ; si quid autem istius modi factum sint, una cum matrimonii dissolutione septennio subicientur : 703/708 ; 55.) Romani Quadragesimae Sabbatis ieiunant ; admonet itaque synodus, ut in his etiam canon apostolicus valeat : 707/710 ; 56.) Armenii ova et caseum Quadragesimae Sabbatis comedunt ; cautum est igitur, ut totus orbis terrarum ab istis etiam abstineat, sin minus, segregari : 709/712 ; 57.) Ad altare mel et lac offerre non oportet : 711/712 ; 58.) Laicus sibi non impertit ; alioquin septimana segregetur : 711/714 ; 59.) In aedibus oratoriis intra domum constitutis baptismum ne celebres ; qui hoc non observat, clericus quidem deponatur, laicus segregetur : 713/716 ; 60.) Qui daemone se correptum simulat, daemoniacorum poenas subeat : 715/717 ; 61.) Qui centurionibus vel daemonibus seipsum tradit, ut aliquid secreti ediscat, sexennium substernatur ; eodem modo et qui ursum circumfert, qui incantatoribus et nubium persecutoribus se coniungit et fortunae fatoque fidem habet, ab Ecclesiae conventu arceatur : 717/726 ; 62.) A fidelium vitae ratione auferantur Bota (βοτά), Kalendae, Brumalia et in deorum honores saltationes et comicae, satyricae et tragicae personae et Bacchi in torcularibus invocatio ; et risus in doliis ; qui autem post canonem in his persistunt, obnoxii sunt : 725/732 ; 63.) Martyrologia ab ethnicis conficta in ecclesia ne publicentur : 725/736 ; 64.) Laicus ne doceat : 735/740 ; 65.) Rogi, qui noviluniis in officinis exstruuntur, et qui eos transsiliunt, abrogentur : 739/744 ; 66.) Quisquis fidelis per totam post resurrectionem hebdomadam in ecclesia versetur : 743/748 ; 67.) Clericus sanguinem edens deponatur, laicus segregetur : 747/748 ; 68.) Divinas Scripturas ne corrumpas nec corrumpendas tradas, nisi sint prorsus inutiles : 747/752 ; 69.) Nullus laicus excepto imperatore ad altare accedat : 751/754 ; 70.) Mulieribus in ecclesiis loqui non permittitur : 755/756 ; 71.) Qui iuri discendo incumbit more gentili utens et ad theatra deductus et sese volutans vel praeter communem consuetudinem indutus, segregetur : 755/760 ; 72.) Irritum est matrimonium cum haereticis contractum ; qui vero antea contraxerunt, si velint, maneant : 759/762 ; 73.) Crux in pavimento tollatur : 761/766 ; 74.) Agapae in ecclesiis non sunt peragendae nec accubitus sternendi, quin etiam qui non desistunt, segregentur : 765/670 ; 75.) Inordinata psallentium vociferatio ne admittatur et qui asciscit, quae ecclesiis non conveniunt : 769/772 ; 76.) Intra sacrum ambitum caupona constitui non oportet et ibidem cibos vendi ineptum et qui utrumvis facit, segregetur : 773/776 ; 77.) Christianus cum mulieribus non lavetur, clericus enim deponatur, laicus segregetur : 775/780 ; 78.) Illuminatus quinta hebdomadis feria fidem renuntiet : 779/782 ; 79.) Qui post Deiparae festum similam vel aliud quidlibet propter ea, quae dicuntur puerperia, praeparat, segregetur : 781/784 ; 80.) Si quis nulla cogente necessitate ecclesiam tribus Dominicis derelinquat, communione privetur : 783/786 ; 81.) Qui hymno Trisagio illud « Qui crucifixus » adiungit, heterodoxus censeatur : 785/790 ; 82.) Non depingas agnum in typum Christi, sed illum ipsum : 789/792 ; 83.) Corpori mortuo sacramenta non sunt communicanda : 791/794 ; 83.) Qui nec cognoscunt nec per testes probare possunt se baptizatos esse, baptizentur : 793/798 ; 85.) Servus a domino sub duobus testibus manumissus libertate donetur : 797/804 ; 86.) Qui meretrices in animarum exitium cogit, segregetur : 803/808 ; 87.) Quae a viro suo ad alterum accedit, adultera est, et qui ab uxore ad aliam, moechus : 807/814 ; 88.) Intra sacras aedes iumentum ne introducatur nisi maxima in via necessitate cogente : 813/818 ; 89.) Magno Sabbato usque ad mediam noctem in ieiunio perseverandum est : 817/822 ; 90.) Post vespertinum Sabbati ingressum usque ad vespertinum Dominicae ingressum genua ne flectas : 821/826 ; 91.) Et qui dat et quae accipit medicamenta abortionem scientia, homicida est : 825/828 ; 92.) Qui mulieres rapiunt et qui adiuvant et opem ferunt, clerici quidem deponantur, laici vero anathemate percutiantur : 827/830 ; 93.) Viro non apparente, quae alium prius acceperit, quam certior facta sit, adulteratur ; vir autem reversus, si voluerit, eam recipiat : 829/838 ; 94.) Qui gentilium iuramentis utitur, segregetur : 837/840 ; 95.) Eos, qui ab haereticis conversi sunt, sic admittimus : Arianos, Macedonianos, Novatianos qui et Cathari, Aristeros, qui et Quartadecimani sive Tetraditae, et Apollinaristas omnem haeresin anathematizantes, sancto chrismate inungimus frontem, oculos, nares, os et aures et consignantes dicimus « Signaculum doni S. Spiritus. Amen » : 839/846 ; 96.) Qui capillos artificiosis nexibus intorquent in spectantium perniciem, segregentur : 845/850 ; 97.) Uxori addictus et per contemptum in templo manens e catechumenis etiam expellatur ; si hoc autem non servaverit, deponatur vel segregetur : 849/854 ; 98.) Adulter est, qui alteri desponsam ducit : 853/858 ; 99.) Nonnulli more Iudaico carnes in templo coquunt ; qui igitur hoc permiserit vel quidpiam ex illis acceperit, non est habendus sacerdos ; si quis autem sua sponte offerat, ipse, quod offerenti placuerit, accipiat, oblatione extra ecclesiam facta : 857/862 ; 100.) Picturae,

quae ad turpia aspectum movent, non sunt pingendae, qui autem transgreditur, segregetur : 861/864 ; 101.) Manus in crucis figuram componit, qui eucharistiam sumpturus est, et ore accipit, qui autem receptaculum aureum vel alius materiae manus vice praeparat, segregetur : 863/868 ; 102.) Peccati qualitas in omnibus consideretur et conversio perspiciatur et sic misericordia mensura disponatur : 867/874 ; **Canones sanctae et universalis VII synodi, Nicaeae congregatae** : Prooemium : 875/876 ; canon 1 : Canones divinos apostolorum et synodorum sex oecumenicarum amplectimur etc. : 875/884 ; 2.) Qui futurus est episcopus, psalterium noscat, pernoscat sacros canones, sanctum Evangelium, Apostoli librum et divinam Scripturam universam, sin minus, ne ordinetur : 883/890 ; 3.) Omnis electio a saecularibus magistratibus facta irrita est : 889/892 ; 4.) Statuimus, ut episcopus aurum aut argentum vel aliud quidpiam ab episcopis, clericis et monachis sibi subiectis exigere nequaquam excogitet etc. : 891/900 ; 5.) Isti, qui se per auri largitionem in ecclesia constitutos gloriantur, illos autem, qui propter virtutem eliguntur et sine largitione constituuntur, vilipendunt, visum est, ut ultimum ordinis gradum accipiant, ; si perseverant, puniantur ; qui vero ordinationis gratia hoc fecerit, a communione non secus ac Simon Magus a Petro exscindatur : 899/906 ; 6.) Synodus semel quotannis congregetur ; magistratus, qui hoc prohibuerit, segregetur, et episcopus, qui id fieri curavit, puniatur ; habita autem synodo si metropolitanus quidpiam a quovis episcopo abstulerit, quadruplum reddat : 905/910 ; 7.) Sanctae martyrum reliquiae in templis, quae sine iis consecrata sunt, idque cum consuetis precibus reponantur ; qui autem sine iis consecrat, deponatur : 909/914 ; 8.) Hebraeos admittere non oportet, nisi eos sincero corde conversos esse constiterit : 913/918 ; 9.) Si quis librum contra venerabiles imagines compositum celasse deprehenditur, si quidem e sacro sit catalogo, deponatur, sin laicus aut monachus, segregetur : 917/920 ; 10.) Clericus, qui sua relicta parochia in aliam se confert sine proprio episcopo et Constantinopolitano, ne admittatur neque in domo neque in ecclesia ; qui autem hoc facit et perseverat, deponatur ; si autem iis, quos diximus, scientibus hoc fecerint, saeculares in se curas ne suscipiant vel, si susceperint, cessent, alioquin deponantur : 919/924 ; 11.) Si metropolitanus metropoleos oeconomum non designaverit, designet patriarcha ; si episcopus hoc non fecerit, faciat metropolitanus, ut visum est Patribus Chalcedone congregatis ; idem et in monasteriis servetur : 923/928 ; 12.) Iuxta quod S. Apostolis visum est, quodcumque ab episcopo vel monasterii praefecto ex episcopatu vel monasterio alienatur, irritum sit ; et episcopus vel praefectus, qui hoc fecerit, expellatur : 927/954 ; 13.) Qui episcopia aut monasteria communia faciunt, nisi quod ad episcopatum pertinet, aut monasterium episcopo aut monasterii praefecto restituerint, irritum sit, et si sacris quidem initiati fuerint, deponantur, sin autem laici vel monachi, segregentur : 953/960 ; 14.) Sine manuum episcopi impositione nemo de suggestu legat ; hoc et in monachis observetur ; monasterii vero praefectus, cui episcopus manus imposuerit, in suo solo monasterio lectorem ordinet, chorepiscopus etiam lectorem creet : 959/966 ; 15.) Clericus in duabus ecclesiis in posterum Constantinopoli ne constituatur, at extra eam propter hominum penuriam permittatur : 965/968 ; 16.) Episcopi vel clerici splendidis se induentes vestibus vel unguentis delibuti corrigantur, persistentes autem puniantur : 967/972 ; 17.) Qui monasterium exstruere velit, si habeat quidem, quibus perficiat, opus aggrediatur et ad finem perducat, sin minus, a loci episcopo prohibeatur. Idem et de laicis et monachis valeat : 971/976 ; 18.) Non oportet feminas in episcopiis aut monasteriis commorari. Si qua igitur hoc ausa sit, reprehendatur, sin perstiterit, deponatur. Quin etiam ubicumque episcopus vel monasterii praefectus adfuerit, nulla mulier ministret vel appareat, sed seorsim agat, donec recesserit : 975/980 ; 19.) Qui pecunia ad sacerdotalem ordinem aut monasticam accedentes vitam admittit, si episcopus sit aut monasterii praefectus aut sacris quispiam initiatus, vel cesset vel deponatur ; monasterii vero praefectus expellatur et in subiectionem tradatur : similiter et praefectus, si non sit sacerdos ; quae autem ab accedentibus consecrantur, maneant, sive ipsi permanserint sive non, nisi praefectus sit in culpa : 979/990 ; 20.) Duplicia ne fiant monasteria neque monachi et moniales in eodem cohabitent neque seorsim confabulentur, quinetiam siquid vir feminae regulari attulerit, extra fores exspectans tradat et cognatam in praefectae praesentia visat : 989/994 ; 21.) Monacho vel moniali non liceat suam relinquere mansionem et ad aliam accedere ; sin ingrediatur, ut hospes accipiatur, et praeter praefecti sententiam ne admittatur aut hospitio excipiatur : 993/998 ; 22.) Laicos quidem viros cum mulieribus convesci est ab omni reprehensione alienum ; solitariis autem viris cum mulieribus privatim convivari non licet, nisi forsan una cum Dei timentibus et religiosis viris et mulieribus. In itinere autem monachus vel et sacris initiatus vir secum necessaria non afferens in publicum diversorium divertat : 997/1002 ; **Canones editi a sancta et magna Constantinopolitana I et II synodo, quae congregata est in templo Ss. Apostolorum** : Prooemium : 1003/1006 ; canon 1 : Praeter episcopi sententiam monasterium exstruere nemini liceat ; illo autem sciente et preces peragente exstructum una cum iis, quae ad ipsum pertinent, in Brevi describantur

et in episcopatu reponantur ; et ipsi etiam exstructori vel praefecto esse vel praefectum constituere praeter episcopi sententiam ne liceat : 1005/1014 ; 2.) Si quis detondere quempiam deprehensus sit non praesente, qui eum in subiectionem recepturus est, praefecto, ille quidem deponatur, detonsus autem in subiectione etiam in monasterio ab episcopo collocetur : 1013/1018 ; 3.) Si quis monasterii praefectus monachos aufugientes non requirit et recipit et sanat, segregetur : 1017/1020 ; 4.) Si quis monachus proprio relicto monasterio sive ad aliud monasterium transmigraverit sive in saeculare habitaculum petulanter se contulerit, segregetur tam ipse quam qui eum susceperit, usque dum reverterit ; qui vero ab episcopo quocumque loco constitutus est, culpa vacat : 1019/1026 ; 5.) Nemo monastico habitu dignus habeatur, nisi qui triennio probatus dignus appareat, nisi gravis forsitan morbus tempus contraxerit ; ad hominem vero pium et monachorum more se gerentem semestre spatium sufficiat ; si quid autem praeter hoc factum sit, praefectus quidem praefectura excidat et in subiectionem detrudatur, monachus autem in accuratum monasterium transmittatur : 1025/1032 ; 6.) Monasticam vitam amplexuris testamentum prius condere licet ; si autem testamentum non fecerint, bona eorum possideat monasterium ; sin quidquam sibi quis reservaverit et monasterium illud non sortitum sit, a praefecto vel episcopo palam venditum pauperibus distribuatur ; et qui surripuit, castigetur ; eadem in monialibus valeant : 1031/1042 ; 7.) Nulli episcopo liceat monasterium proprium in sui episcopatus exitium de novo exstruere ; qui autem hoc audet, castigetur, et quod de novo exstruitur, ut privatim episcopatui adscribatur : 1041/1046 ; 8.) Si quis episcopus vel presbyter vel diaconus quemlibet castraverit sive propria manu sive iussu, deponatur ; sin laicus, segregetur, nisi morbo forsitan ad exsectionem cogatur : 1045/1048 ; 9.) Sacerdotes, qui vel fideles peccantes vel infideles, qui iniuria affuerunt, sive propria manu sive mandato verberant, deponantur ; oportet enim doctrinis et admonitionibus immorigeros instituere ; si nondum morem gesserint, eos per provocationem ad magistratus castigare :1047/1054 ; 10.) Qui unum aliquod sacrorum vasorum vel indumentorum in proprium lucrum subripiunt vel ad usum profanum abutuntur, deponantur ; qui autem vasa vel vestimenta, quae sunt extra altare, in usum profanum sibimet vel aliis praebent, segregentur ; qui vero omnino subripiunt, ut sacrilegi condemnentur : 1053/1058 ; 11.) Si quis eorum, qui in clerum cooptantur,saeculares magistratus susceperit vel quae in aedibus et suburbiis fiunt curationes, clero expellatur : 1057/1060 ; 12.) Nullus clericus in templo, quod in aedibus est, sacra celebret vel baptizet citra episcopi sententiam, nam deponitur ; qui igitur in oratoriis, quae sunt intra aedes, sacra celebrant, ab episcopo clero expellantur ; qui vero praeter hoc facere ausi sint, deponantur, et qui iis communicant, segregentur : 1059/1062 ; 13.) Si quis presbyter vel diaconus, nimirum ac si episcopum suum et crimine aliquo condemnaret, ante synodalem cognitionem ab illius communione se subduxerit et nomen eius non retulerit, deponatur et omni sacerdotali dignitate privetur ; qui autem eum consequuntur, si quidem sacris sint initiati, dignitate sua excidant, sin monachi vel laici, segregentur, usque dum reverterint : 1061/1066 ; 14.) Et si quis episcopus id ipsum ausus sit contra suum metropolitanum, deponatur : 1065/1066 ; 15.) Similiter etiam si episcopus aut metropolitanus contra patriarcham quidpiam eiusmodi ausus sit, ab omni sacerdotio alienetur ; si qui autem a quopiam recesserint non criminis praetextu, sed propter haeresin, a synodo vel sanctis Patribus condemnatam, honore et laude digni sint utpote orthodoxi : 1065/1072 ; 16.) Nemo episcopatum ullo modo invadat, cuius praesul adhuc vivit ; causam enim illius prius, qui expellendus est, examinari oportet et post depositionem alium promoveri ; si quis autem gregem suum neglexerit et neque morbo nec imperiali nec patriarchali iussu detentus ultra semestre spatium abfuerit, ab episcopi dignitate simul ac honore alienus sit : 1071/1078 ; 17.) Qui episcopus ordinandus est, e laicis aut monachis confestim ne evehatur, verum in unoquoque gradu ecclesiastico tempus legibus constitutun adimpleat : 1077/1082 ; **Canones synodi in aede S. Sophiae Constantinopoli habitae** : canon 1 : Qui sub vinculo vel depositione vel anathemate et apud Romam et apud Constantinopolim fuit, ita maneat : 1083/1088 ; 2.) Si quis ab antistitis sublimitate ad monasticam et e contrario vitam descenderit, antistitis dignitatem amplius ne usurpet : 1087/1092 ; 3.) Si quis laicus episcopum in custodiam tradiderit vel verberaverit sine causa vel causa ficta, sit anathema : 1091/1096 ; **Canones synodi Carthaginiensis, cui praefuit S. Cyprianus martyr** : Prooemium : 1095/1098 ; canon 1 : De baptizandis haereticis, qui ad fidem orthodoxam reverterunt (enumerantur Patrum congregatorum sententiae variae) : 1095/1122 ; **Canones Synodi Ancyranae** : Prooemium : 1121/1124 ; canon 1 : De sacerdotibus, qui persecutionum temporibus idolis sacrificarunt : 1123/1126 ; 2.) Item de diaconis, qui eadem fecerunt : 1125/1128 ; 3.) Qui tormentis subiecti et vim vere passi sunt et post tyrannidem cibum idolis oblatum sumunt, a communione ne prohibeantur ; et laici hoc passi, ut nihil transgressi, si ordinationem consequi velint, consequantur, modo aliter inculpati sint : 1127/1134 ; 4.) Quotquot abducti cum laetitia ascenderunt et comederunt, sex annos se submittant : 1133/1138 ; 5.) Qui cum lugubri veste ascenderunt et cum lacrimis come-

derunt, triennio substernantur ; si vero non comederunt, biennio. Praecedens vero et subsequens vita, ut bona vel mala, episcopum humaniorem aut severiorem ostendat : 1137/1142 ; 6.) Vir, qui minis tantum cesserit et sacrificaverit, deinde resipuerit, quinquennio substernatur : 1141/1144 ; 7.) Si quis proprios habens os cum ethnicis comederit in eorum festis, biennio substernatur : 1143/1148 ; 8.) Qui secundo et tertio sacrificaverit, sed vi coactus, septennio poenitentiae subiciatur : 1147/1150 ; 9.) Qui non solum voluntarie sacrificaverit, sed etiam alium coëgerit, decennio substernatur : 1149/1150 ; 10.) Qui diaconus est ordinandus, si protestatus sit episcopo se non posse coelibem perseverare, uxore ducta sit diaconus ; si vero, cum tacuerit, uxorem postea duxerit, eiciatur : 1149/1154 ; 11.) Si desponsata sit puella, ab alio vero rapta sit, priori restituatur : 1151/1154 ; 12.) Qui ante baptismum sacrificaverit, post insons habeatur : 1153/1160 ; 13.) Chorepiscopus ne ordinet sine episcopi permissione : 1159/1162 ; 14.) Sacerdos a carnibus abstinens, ubi tantum gustaverit, sic abstineat ; si vero nec olera, quae cum carnibus sunt, degustet, a fungendo munere desistat : 1161/1164 ; 15.) Si presbyteri quidpiam ad ecclesiam pertinens vendiderint, irritum sit, et penes episcopi iudicium maneat : 1163/1168 ; 16.) Qui rationis expertia animalia iniverit ante annos XX, quindecim annis substernatur ; si istam vero aetatem excesserit et uxorem habuerit, in istud vero facinus inciderit, XXV annis substernatur ; qui vero et uxorem habuerit et L annos transegerit, usque ad vitae exitum substernatur : 1167/1174 ; 17.) Leprosus, qui bestias inierit et etiam lepra infecit, cum hibernantibus comprecetur : 1173/1178 ; 18.) Episcopus constitutus, si ab ecclesia, in quam electus est, non recipiatur, sed aliis episcopis molestiam exhibeat, excommunicetur ; si vero presbyteris annumerari velit, annumeretur ; at si ab episcopis ibi constitutis dissideat, etiam presbyteri honore privetur : 1177/1180 ; 19.) Qui virginitatem professus est et votum irritum facit, quadriennio segregetur ; et virgines ad aliquos tamquam fratres ne accedant : 1179/1184 ; 20.) Adultera et adulter septennio segregentur : 1183/1186 ; 21.) Meretrices medicamenta noxia accipientes decennio subiciantur : 1185/1188 ; 22.) Involuntarius homicida substernatur quinquennio : 1187/1190 ; 23.) Voluntarius homicida in fine vitae perfectionem consequatur : 1189/1190 ; 24.) Qui vaticiniis utitur et qui quempiam in domum veneficii exquirendi aut lustrationis causa introducit, quinquennio subiaceat : 1189/1192 ; 20.) Quidam, cum puellam desponsasset, sororem eius violavit, deinde sponsam accepit, prima suffocata est ; ipse et qui facti sunt conscii, decennio subiciantur : 1191/1996 ; **Canones synodi Neocaesarianae** : Canon 1 : Presbyter, qui uxorem duxerit, deponatur ; si vero moechatus vel scortatus sit, expellatur et ad poenitentiam redigatur : 1195/1198 ; 2.) Mulier, quae duobus fratribus nupta est, per totam vitam expellatur ; si vero morti proxima se nuptias soluturam promiserit, si supervixerit, ad poenitentiam admittatur ; si autem unus e coniugibus obierit, difficilis est superstiti poenitentia : 1197/1202 ; 3.) Polygamorum tempus manifestum est, poenitentiae vero studium illud praecidit : 1201/1204 ; 4.) Qui mulierem concupivit et non perfecit, per Deum servatus est : 1203/1206 ; 5.) Catechumenus peccans si, dum genu flectit, amplius peccaverit, inter audientes sit ; sin, dum inter audientes est, peccet, penitus eiciatur : 1205/1210 ; 6.) Praegnans quantocumque vult baptizari, baptizetur : 1209/1212 ; 7.) Presbyter digamorum nuptiis non oportet interesse : 1211/1216 ; 8.) Laicus, cuius uxor adulterata est, non fit clericus et clericus, qui eam retinet, postquam adulterium admisit, expellitur : 1215/1218 ; 9.) Si presbyter confessus est se peccasse, ab oblatione abstineat et ab ea tantum ; quaedam enim peccata ordines remittunt ; si vero nec confiteatur nec convincatur, ipse sui potestatem habeat : 1217/1222 ; 10.) Diaconus etiam eodem crimine obstrictus minister maneat : 1221/1224 ; 11.) Nisi XXX annos natus ne fiat presbyter, etiamsi dignus habeatur : 1223/1224 ; 12.) Propter morbum baptizatus ne fiat presbyter, nisi ob certamen, quod postea subierit, aut hominum raritatem : 1223/1226 ; 13.) De vicariis presbyteris : 1227/1230 ; 14.) Presbyter ruri degens in civitatis templo ne offerat, nisi episcopus et totus presbyterorum coetus abfuerit ; si vero abfuerint et ipse vocetur, offerat ; chorepiscopi autem ut comministri offerunt septuaginta locum obtinentes : 1229/1232 ; 15.) Septem diaconi secundum Acta Apostolorum etiam in magna civitate constituantur : 1231/1234 ; **Canones synodi Gangrenae** : Prooemium : 1233/1242 ; canon 1 : Legitimum improbanti matrimonium anathema : 1241/1242 ; 2.) Et condemnanti carnes manducantem, excepto suffocato et idolis immolato, anathema : 1243/1244 ; 3.) Si qui servo persuadet, ut a domino religionis praetextu recedat, anathema : 1243/1246 ; 4.) Ei, qui communionem a presbyteris matrimonio iunctis accipere dubitat, anathema : 1247/1248 ; 5.) Qui Dei domum contemptibilem nuncupat, anathema : 1247/1248 ; 6.) Qui privatim conventicula celebrat, anathema : 1247/1250 ; 7.) Qui praeter episcopi vel presbyteri sententiam ecclesiastica peragit, anathema : 1249/1250 ; 8.) Quisquis dat vel accipit fructus oblatos praeter episcopum et eum, qui ad bona opera dispensare constituitur, et qui accipit, anathema : 1249/1250 ; 9.) Item, qui virginitatem colit non virtutis causa, sed quod matrimonium abominatur, anathema : 1249/1252 ; 10.) Qui in matrimonio iunctos insultat, anathema : 1251/1252 ; 11.) Qui spernit eos, qui ad agapas vocant, et voca-

tus cum iis non communicat, anathema : 1251/1254 ; 12.) Qui contemptui habet eos, qui beros (serica) gestant, anathema : 1253/1256 ; 13.) Quaecumque mulieres virorum abutuntur vestimentis, anathema : 1255/1258 ; 14.) Item quae a viris recedunt matrimonium abominantes, anathema : 1257/1258 ; 16.) Item qui liberos relinquunt eosque ad pietatem non instruunt, anathema : 1257/1260 ; 16.) Item liberi, quicumque a fidelibus recedunt parentibus, anathema : 1259/1262 ; 17.) Quaecumque mulieres pietatem simulantes comas tondunt, anathema : 1261/1264 ; 18.) Qui diem Dominicam vel Sabbatum ieiunus peragit, anathema : 1265-1266 ; 19.) Et qui ecclesiastica ieiunia evertit, anathema : 1265/1268 ; 20.) Et qui Ss. martyrum conventus despectui habet, anathema : 1267/1268 ; 21.) Adversus quosnam haec scripta sint : 1267/1274 ; **Canones synodi Antiochenae in Syria celebratae** : Prooemium : 1273/1276 ; canon 1 : Qui legibus sancitam Paschae traditionem immutare molitur, si quidem laicus sit, excommunicetur, sin clericus, ab ecclesia arceatur : 1275/1280 ; 2.) Qui ecclesiam ingreditur et S. Scripturas attente audit, deinde despicit et egreditur et aversatur communionem, eiciatur, usquedum poenitentiae fructum ostendens veniam assequatur ; et qui cum excommunicato communicat, excommunicatus sit, et qui iis comprecatur, qui ecclesiae non comprecantur, reus est et qui eum suscipit, qui ecclesiae conventibus non interest, non est extra culpam : 1279/1284 ; 3.) Si quis clericus sua parochia relicta ad aliam transierit, deinde illinc commigrans in alia longo tempore versetur, ne amplius sacra peragat, praesertim si a proprio episcopo vocatus non regrediatur ; si vero in insolentia perseveret, deponatur nec ullam potestatem redeundi habeat ; et si quis episcopus sic depositum susceperit, a communi synodo puniatur ut leges dissolvens ecclesiasticas : 1283/1288 ; 4.) Episcopus a synodo depositus, si sacra celebrare ausus sit, redeundi potestatem non habeat : 1287/1294 ; 5.) Omnis presbyter vel diaconus, qui episcopum contemnit et ab eo recedit atque aliud altare exstruit, si ter ab episcopo vocatus in arrogantia persistit, depositus sit et curationis spe destitutus : 1293/-1296 ; 8.) Excommunicatum ab episcopo clericum si maior synodus susceperit vel condemnaverit, sententiae acquiescat : 1295/1298 ; 7.) Peregrinus pacificas non afferens epistolas non est suscipiendus : 1297/1298 ; 8.) Presbyter ruri degens canonicas ne det epistolas vel saltem ad vicinum tantum episcopum : 1299/1300 ; 9.) A metropolitae sententia pendere oportet episcopos et nihil citra illius consilium instituere nisi ea sola, quae ad suam cuiusque paroeciam spectant, et viris reprehensioni non obnoxiis manus imponere : 1301/1302 ; 10.) Exorcistas et lectores et hypodiaconos et cantores chorepiscopus constituit, non itidem presbyterum et diaconum sine episcopo, qui civitati praeest ; qui hoc vero transgredi audet, deponatur ; civitatis vero episcopus facit chorepiscopum : 1301/1304 ; 11.) Episcopus vel presbyter, qui sua sponte et non provinciae metropolitae iussu imperatorem adit, communione pariter et dignitate excidat : 1303/1308 ; 12.) Depositus, si imperatori molestiam exhibuerit, maiorem petat synodum eiusque decreto acquiescat ; si vero rursus aegre tulerit, restitutionem ne assequatur : 1307/1314 ; 13.) Si nullo rogante episcopus in aliam se contulerit provinciam et ordinaverit resque administraverit, et irritae maneant et iste deponatur : 1313 1314 ; 14.) Si episcopo accusato provinciae episcopi inter se discrepent, ad controversiam certo dirimendam alii e vicinis sunt advocandi : 1315/1316 ; 15.) Episcopo iudicato si omnium provinciae episcoporum sententiae sint concordes, actionis redintegratio non detur : 1317/1318 ; 16.) Qui sine synodo perfecta et ipso metropolitano in vacantem ecclesiam transibit, etiamsi ipse sit vacans, eiciendus est : 1317/1324 ; 17.) Qui ordinem suscepit et ab eo resilit, excommunicetur, usquedum poenitentia ductus munus in se susceperit : 1323/1324 ; 18.) Episcopus ordinatus et a civitate non acceptus honore fruatur et munus tantum obeat, exspectans, quid provinciae synodus pronuntiaverit : 1323/1328 ; 19.) Si non sit synodus et metropolitanus, ne fiat episcopus ; si vero propter aliquam difficultatem omnes non conveniant, saltem plures vel litteris assentiantur, si autem re ita peracta, contendant aliqui, plurium suffragium valeat : 1327/1330 ; 20.) Propter ecclesiasticas necessitates bis quotannis in unaquaque provincia celebretur synodus, quarta Pentecostes hebdomade et decima die Hyperberetaei : 1329/1332 ; 21.) Episcopus etiam a populis coactus et ab episcopis compulsus in aliam paroeciam ne transeat : 1331/1332 ; 22.) Episcopus a civitate in civitatem ad aliquos ordinandos ne abeat, praeterquam ex civitatis episcopi sententia, alioquin invalida sit ordinatio et ipse iudicio obnoxius : 1331/1334 ; 23.) Episcopus in vitae exitu alium ne constituat episcopum ; illo autem vita functo a synodo eorum, qui potestatem habent, dignus provehatur : 1333/1336 ; 24.) Totum clerum res ecclesiae cognoscere oportet, ut, cum episcopus obdormierit, quae suae sunt ecclesiae, conserventur, quae autem sunt episcopi, iuxta illius dispositionem administrentur : 1335/1336 ; 25.) Episcopus rerum ecclesiasticarum potestatem habeat ; si autem non sit contentus iis, quae illi sufficiunt, verum res et reditus ecclesiae sine cleri consilio in alienos usus transfert, poenae ab eo coram synodo exigantur ; si vero, quae pauperibus debita sunt, in proprios usus converterit, sic etiam synodo rationes reddat : 1335/1342 ; **Canones synodi Laodicenae** : Canon 1 : Bigamus, qui non occulte matrimonium inivit, ubi paululum

poenas dederit, insons postea habeatur : 1341/1346 ; 2.) Qui variis delictis obstricti sunt, si iis cognitis confiteantur et pro eorum ratione poenitentiam agant, facile recipiantur : 1345/1346 ; 3.) Recens illuminatus sacris ordinibus ne sit idoneus : 1345/1348 ; 4.) Sacerdos usuras vel sesquialteras ne accipiat : 1347/1348 ; 5.) Ordinationes coram audientibus ne celebrentur : 1347/1350 ; 6.) Haereticis sacra aedes inaccessa sit : 1349/1350 ; 7.) Novatiani et Photiniani et Quartodecimani nisi ceteras haereses suamque abiurent, non sunt suscipiendi ; post autem abiurationem, uncti communicent : 1351/1352 ; 8.) Phryges resipiscentes denuo baptizentur, etiamsi ab illis in clerum cooptati sunt : 1351/1354 ; 9.) Qui in coemeteriis et martyriis haereticorum orat, excommunicatus sit : 1353/1356 ; 10.) Cum haereticis matrimonium ne contrahatur : 1355/1356 ; 11.) Viduae praesidentes dictae in ecclesiis ne constituantur : 1355/1358 ; 12.) Qui fide et vita probatissimus est et eruditissimus, idoneus est, qui in episcopatum eligatur : 1357/1360 ; 13.) Qui a saecularibus eligitur, non sit eligendus : 1359/1360 ; 14.) Sancta ad aliam paroeciam dimitti, indignum est : 1359/1360 ; 15.) Nisi cum pelle nemo suggestum ascendat : 1359/1364 ; 16.) Evangelium et Apostolus et ceterae Scripturae legantur : 1363/1364 ; 17.) In conventibus lectiones psalmos interserent : 1363/1364 ; 18.) Nonis et vesperis eaedem preces peragantur : 1363/1366 ; 19.) Post catechumenorum poenitentium preces offerri oportet et postea fidelium, et post pacem sive amplexum oblationem fieri solis sacerdotibus altaris saepta ingredientibus et communicantibus : 1365/1368 ; 20.) Diaconus nisi iussus ne sedeat : 1367/1368 ; 21.) Vasa minister ne tangat : 1369/1370 ; 22.) Ministrum gestare orarium non oportet neque fores relinquere : 1369/1372 ; 20.) Cantores et lectores ne ferant orarium : 1371/1372 ; 24.) Omnis clericus cauponam ingredi non debet : 1371/1374 ; 25.) Panem et calicem minister ne det : 1373/1374 ; 26.) Non exorcizat nisi ab episcopo promotus : 1373/1374 ; 27.) Clericus ad agapas vocatus partes ne auferat : 1373/1376 ; 28.) Accubitus in ecclesiis ne sternantur nec agapae celebrentur : 1375/1376 ; 29.) Christianus ne Sabbato, sed die Dominica feriatur : 1375/1378 ; 30.) Cum mulieribus lavari nefas est : 1377 1380 ; 31./33.) Haereticis liberos in matrimonium dare non oportet, sed accipere Christianos se futuros profitentes. — Haereticorum benedictiones sunt maledictiones. — Cum haereticis vel schismaticis ne compreceris : 1379/1382 ; 34.) Qui martyrem, falso sic dictum, haereticum honorat, anathema sit : 1379/1384 ; 35.) Qui alienos ab ecclesia conventus agit et angelos nominat, idololatriae proximus est et sit anathema : 1383/1388 ; 36.) Sacerdos ne sit magus vel incantator vel mathematicus vel astrologus vel ex iis, qui amuleta collis appendunt : 1387/1392 ; 37/39.) Festa cum Hebraeis et haereticis ne celebres, nec festiva ab iis dicta accipias : 1391/1394 ; 40.) Qui ad synodum vocatur et spernit praeterquam ob intemperantiam, culpa non vacat : 1393/1396 ; 41./42.) Clericus sine litteris canonicis vel iniussus ne suscipiat iter :1395/1398 ; 43.) Ministrum foribus vel brevi tempore relictis orare non oportet : 1399/1400 ; 44.) Mulieribus altare inaccessum sit : 1399/1400 ; 45.) Post duas Quadragesimae hebdomadas ad illuminationem quosvis admitti non oportet, ab ipso enim principio ieiunare debent : 1399/1402 ; 46/47.) Baptizatus episcopo vel presbytero quinta hebdomadis feria fidem dicat, dicat et aegrotus paulo post : 1403/1404 ; 48.) Illuminatos post baptismum inungi oportet : 1403/1404 ; 49.) In Quadragesima praeterquam Sabbato solum et die Dominica offerre oportet : 1403/1408 ; 50.) Non oportet in ultima Quadragesimae septimana quintae feriae ieiunium solvere et totam Quadragesimam iniuria afficere, sed totam Quadragesimam ieiunare aridis vescentem : 1407/1410 ; 51.) Neque martyrum commemorationes celebrare praeterquam Dominicis et Sabbatis : 1409/1412 ; 52.) Quadragesima ne celebrentur nuptiae vel natalitia : 1411/1412 ; 53.) Tripudiare in nuptiis vel saltare indignum est : 1411/1412 ; 54.) Sacratum quidem et clericum oportet etiam ante scenam exire : 1411/1414 ; 55.) Convivia ex collatis symbolis neque laicus neque clericus celebret : 1413/1414 ; 56.) Presbyter tribunal ante episcopum ne ingrediatur neque sedeat : 1413/1416 ; 57.) In vico vel pago episcopus ne constituatur, sed circuitor ; si quis autem constituitur, sine episcopo civitatis nihil administret : 1415/1418 ; 58.) Episcopus vel presbyter in privatis aedibus ne offerat : 1417/1418 ; 59.) Privati psalmi vel libri, non canonici, in templis ne recitentur, sed qui in canone Veteris et Novi Testamenti recensentur : qui quidem sunt hi : Genesis, Exodus, Leviticum, Numeri, Deuteronomium, Jesus, Iudices, Ruth, Esther, Regum IV, Paralipomenon II, Esdrae II, Psalmi, Proverbia Salomonis, Ecclesiastes, Canticum canticorum, Iob, XII prophetae, Isaias, Ieremias, Ezechiel et Daniel ; simul sunt XXII libri Veteris Testamenti ; 60.) Novi autem : Evangelia IV, Matthaei, Marci, Lucae et Ioannis, Acta, Epistolae catholicae VII, hoc est Iacobi I, Petri II, Ioannis III, Iudae I, Pauli XIV, hoc est ad Romanos I, ad Corinthios II, ad Galatas I, ad Ephesios I, ad Philippenses I, ad Colossenses I, ad Thessalonicenses II, ad Hebraeos I, ad Timotheum II, ad Titum I, ad Philemonem I : 1417/1422 ; **Canones synodi Sardicensis XXI** : Prooemium : 1421/1424 ; Canon 1 : Non est invenire episcopum ex maiore in minorem civitatem transeuntem ; qui igitur ex humili sede in sublimiorem transibit, tamquam arrogans et avarus per totam vitam excommunicetur : 1423/

1430 ; 2.) Si quis e civitate in civitatem transiens seditionem moveat multitudini placens et ab eadem in tumultu excitando adiutus, ne in vitae exitu communionis particeps sit : 1429/1432 ; 3.) Nullus episcoporum nisi vocatus in aliam urbem transeat, quinetiam provincialis episcopus si litem aliquam habeat, ad alienos episcopos ne provocet ; si autem Romano sic visum sit, etiam alieni aderunt : 1431/1438 ; 4.) Episcopo deposito et affirmante apologiam se non allaturum, nisi Romanus definierit, alius ne constituatur ; despiciet enim depositionem vel per nuntios vel per litteras : 1437/1440 ; 5.) Si populo episcopum appetente episcopi praesentes fuerint, unus vero abfuerit, is etiam vocetur ; si vocatus autem neque scribere neque accedere velit, is, qui petitur, ordinetur : 1439/1444 ; 6.) Cum metropolitanus constituitur, etiam vicini episcopi sunt accersendi : 1443/1450 ; In parva urbe et vico, cui etiam unus sufficiat presbyter, episcopus ne constituatur ; sin populo frequentissima sit urbs, non indignum : 1443/1450 ; 7.) Orphano, vidua et ab aliis deserto vel vi oppressis suppetias iis ferat et imperatorem adeat episcopus, verumtamen eiusmodi praetextu in castris ne versetur, sed potius diaconum mittat : 1449/1456 ; 8.) Iterum de iisdem : 1455/1456 ; 9.) Si frater ad fratrem mittat, metropolitanus nuntium litteris muniat et ad episcopos, qui auctoritatem habeant, scribat, ut nuntium protegant : 1455/1460 ; 10.) Forensis, scholasticus aut dives, nisi per sacros transierit gradus, episcopus ne creetur ; gradum autem interstitium ne admodum breve sit, quo maior fidei bonaeque conversationis probatio habeatur ; qui aliter constituitur, neophytus est : 1459/1466 ; 11.) Episcopus ab episcopo accersitus, si qui accersit, sit imperitus, ne nimis assidue concionetur, hoc enim imperito dedecori erit, et alter episcopatum eius ambire videbitur ; et utrumque reprehendendum est ; sine gravi necessitate episcopum a sua diutius abesse ecclesia arduum est : 1465/1470 ; 12.) Episcopus, qui possessiones habeat extra dioeceses suae limites, si eas sit invisurus, ne plus quam trium Dominicarum spatio ibi maneat : 1469/1474 ; 13.) Qui a proprio episcopo excommunicatum communione sciens dignatur, non est innoxius : 1473/1474 ; 14.) Ab iracundo condemnatus si auxilio indigeat, audiendus sit ; donec vero auxilium impetraverit, excommunicatus maneat : 1473/1476 ; 15.) Alienum ministrum si alienus citra illius episcopi consensum in aliquo gradu constituat, constituit quidem, sed ordinatio est invalida : 1475/1482 ; 16.) Quae de longiore episcoporum mora definita sunt, de presbyteris etiam et diaconis vim habeat : 1481/1484 ; 17.) Episcopus iniuste expulsus si in aliena provincia degat, suscipiendus est, donec ab iniuria liberetur : 1483/1486 ; 18/19.) Clericus, qui non degit in ecclesia, in qua in clerum cooptatus est, non est recipiendus ; Eutychianus autem et Musaeus episcopi appellationem sibi ne vindicent, communionem vero cum laicis consequentur : 1485/1492 ; 20/21.) Qui ea, quae pulchre et Deo grate edita sunt, prae fastu labefactare conatur, episcopatu excidat ; episcopus, qui episcopum viderit ad castra proficiscentem, si sciverit eum propter aliquam ex causis praedictis venientem, ne impedimento ei sit ; sin aliter, excommunicationem ei denuntiet : 1491/1498 ;

Ordo rerum, *quae tomo* 137 *continentur* : 1499/1500.

Tom. 138 (1865)

Theodorus Balsamon
(tom. 2)

Commentarius in canones synodi Carthaginiensis : Prooemium : 9/12 ; Si episcopum episcopi deposuerint, si ad episcopum Romanum appellaverit, benigne audiendus est rescribente aut iubente episcopo Romano : 11/18 ; presbyter et diaconus segregatus libertatem habeat ad vicinos appellandi ; quinetiam, qui segregavit, aequo animo ferre debet, quod confirmatum fuerit : 17/22 ; Quandoquidem non inventa sunt acta concilii Nicaeni scripta, dignetur episcopus Romanus ad Constantinopolitanum et Alexandrinum scribere eaque inde accipiat nobisque repraesent : 21/24 ; Confessio fidei Nicaenae synodi : 27/28 ; canon 1 : Exemplaria eorum, quae patribus Nicaenis visa sunt, et quae patres nostri ex hac synodo cum ipsis detulerunt, observentur : 27/30 ; 2.) Nulla in Trinitate differentia cognoscitur aut docetur : 29/30 ; 3.) Episcopus et presbyter et diaconus castus sit et continens : 31/32 ; 4.) Et abstinentes ab uxore sint, ut postulata impetrare possint : 33/38 ; 5.) Quod in laicis reprehenditur, cuiusmodi est usuram accipere, in clericis multo magis condemnatur : 37/42 ; 6.) Et chrismatis confectio sive unguenti praeparatio, puellarum consecratio et reconciliatio cuiuspiam ad sacra publice celebranda a presbyteris ne fiant : 41/48 ; 7.) Sacerdos quempiam in periculo constitutum sacris altaribus reconciliare cupiens episcopum consulat et, quod ei visum est, faciat : 47/50 ; 8.) Visum est, ut isti, qui sceleribus sunt illaqueati, accusationes ne edant nec ad crimen alicui inferendum admittantur : 49/52 ; 9.) Qui cum excommunicato communicat, ipse sit excommunicatus : 51/52 ; 10.) Qui ab episcopo condemnatur, si postea discesserit et altare

fixerit vel obtulerit, puniendus est : 51/56 ; 11.) Presbyter ab episcopo condemnatus ad vicinos episcopos appellare permittatur ; si vero non provocaverit, sed schisma faciens et fastu elatus Deo sanctum obtulerit, sit anathema : 55/58 ; 12.) Episcopum in ius vocatum si non perfecta synodus, duodecim minimum episcopi observent et presbyterum sex et proprius et diaconum tres : 57/62 ; 13.) Primate iubente etiam tres episcopi constituunt episcopum et qui suae confessioni vel subscriptioni adversantur, suopte iudicio privabitur honore : 61/68 ; 14.) Propter inopiam Tripoli episcoporum unus etiam episcopus ad legationem sufficit : 67/70 ; 15.) Episcopus vel clericus, causa criminali ei instituta, si relicta Ecclesia ad iudicia publica recurrat, etiam iniuria affectus proprium gradum amittat ; si vero et vicerit in negotiis politicis, si hoc sequatur, proprium gradum amittat ; ecclesiasticos autem iudices nisi gratia et odio antea iudicasse convincantur, appellatio instituta non propellit ; si partes vero iudices elegerint, ab iis ne discedant : 69/84 ; 16.) Episcopus, presbyter et diaconus ne fiant conductores neque procuratores ; lector pubes factus aut matrimonium contrahat aut continentiam confiteatur : 83/96 ; 17.) Clericus, qui mutuo dedit, quod dedit, accipiat vel tantumdem ; qui ante annos XXV fit diaconus, non est diaconus, et lectores populum ne salutent ; Mauritania Sitiphensis propter magnam distantiam proprium primatem habere permittitur : 95/100 ; 18/19.) Synodorum placita auribus eius, qui ordinandus est, inculcabuntur : 99/104 ; 20.) Corpori vita defuncti eucharistia ne detur ; ignorantia etiam presbyteri ne baptizet mortuum : 103/104 ; 21.) Iuxta patrum Nicaenorum decreta synodus quotannis convocetur et duo vel quotquot elegerint, legati a primatibus in unaquaque provincia mittantur : 103/108 ; 22.) Episcopus accusatus et in iudicium ductus duorum mensium spatium habeat, si quidem ex altera parte tardius veniat auxilium ; postea vero excommunicetur, si non occurrerit ; si autem praesente accusato accusator aufugiat, excommunicetur ; accusator autem infamia laborans non est accusator: 107/114 ; 23.) Presbytero accusato sex e vicinis episcopis una cum ipsius regionis episcopo rem diiudicent, diacono autem tres ; quae ad reliquos vero spectent clericos, vel unus episcopus examinet : 113/116 ; 24.) Haereticis et ethnicis clericorum liberi matrimonio ne coniungantur : 115/116 ; 25.) Episcopi et clerici nihil e bonis suis dent haereticis vel in eos conferant, nec si cognati sint : 115/118 ; 26.) Episcopus trans mare ne peregrinetur, nisi a regionis primate dimissionem acceperit expositionem : 117/122 ; 27.) Nihil praeter Scripturas canonicas in ecclesia legatur : 121/122 ; 28.) Qui res sacras tractant, etiam a propriis uxoribus suis terminis abstineant ; 121/126 ; 29.) Bona ecclesiastica non sunt vendenda ; si vero reditus non habeant, sententia episcopi vendantur ; si vero necessitas non feret, ut consulatur, qui vendit, vicinos vocabit ; sin ita non fecerit, Deo et synodo reus teneatur : 125/130 ; 30.) Presbyter convictus et resipiscens ne iterum baptizetur tamquam promovendus neque ut laicus iterum ordinetur : 129/132 ; 31.) Clerici condemnati si iudicem accusant, trans mare ne appellent, sed ad episcopos vicinos et ad proprium in Africa, alioquin excommunicentur : 131/136 ; 32.) Excommunicatus, qui communicaverit ante commiserationem, contra se condemnationis sententiam tulit : 135/138 ; 33.) Qui accusat vel accusatur violentiam timens, locum sibi tutum eligat : 137/140 ; 34.) Qui maiorem honorem respuit, et quem habet, amittat : 139/144 ; 35.) Qui post promotionem nihil habens agrum emerit, in ecclesiam eum conferat, nisi successione cognationis aut pura liberalitate ei obvenerit : 145/150 ; 36.) Presbyter rem quampiam ecclesiasticam sine episcopo ne vendat neque episcopus praedium synodo non approbante : 149/156 ; 37.) Nihil in synodi Hipponensi corrigendum vel ei addendum, nisi udies Paschatis celebrandi tempore synodi significentur : 155/158 ; 38.) Episcopi et clerici liberos suos ante morum stabilitatem ne emancipent : 157/160 ; 39.) Ne ordinetur, qui omnes eius domesticos orthodoxos non fecerit : 159/162 ; 40.) Panis et vinum aqua mistum idque solum offeratur : 161/164 ; 41.) Clerici et continentes ad viduas et virgines ne accedant nisi iussu episcopi et presbyteri et sic non soli, sed cum iis, quibuscum presbyteri et diaconi ad eas accedunt : 163/168 ; 42.) Primus episcopus non vocabitur sacerdotum primus nec summus sacerdos, sed primae sedis episcopus : 167/168 ; 43.) Clericus iter faciens in cauponam ingrediatur, alioqui non : 167/170 ; 44.) Sancta nisi a ieiunis ne offerantur : 169/172 ; 45.) Clericus in ecclesia ne convivatur, nisi forsitan hospitii necessitate illic diversatur ; hoc etiam laicis interdictum : 171/172 ; 46.) Poenitentiam agentibus iuxta peccata poenitentiae tempus episcopus terminabit : 171/176 ; 47.) Quae a patre virginitatis gratia secesserit, venerabilioribus feminis commendetur : 175/178 ; 48.) Qui propter infirmitatem pro se non respondent, tunc baptizentur, cum sua sponte testimonium dederint : 177 180 ; 49.) Et scenicus vero sese convertens ad poenitentiam recipiendus est : 179/182 ; 50.) Passiones martyrum in eorum commemorationibus legantur : 181/182 ; 51.) Iis, qui in infantia a Donatistis sunt baptizati, conversis istud nihilo sit impedimento ; et sancta, ut par est, a ieunis solis offerantur : 181/186 ; 52.)Rebaptizationes et reordinationes et translationes episcoporum ne fiant ; Cresconius itaque, qui proprium populum dereliquit, et Cencensem ecclesiam invasit, quandoquidem ecclesiastice admonitus non mutatus est, auctoritate iudiciaria

Notitia (*Leo Allatius, De Nicetis apud Ang. Mai, Biblioth. nova Patrum, tom. VI, pag.* 25) : 287/302 ; **Historia**, quae incipit ab imperio Ioannis Comneni, Alexii filii (i.e. ab anno 1118) : Carolus Fabrotus Iulio Mazarino : 301/304 ; Hieronymi Wolfii Praefatio : 303/308 ; Textus : Praefatio, cap. 1 : Laudes historiae et consilium Nicetae in hac contexenda : 319/324 ; 2.) De Ioanne Comneno, qui ab Alexio patre, matre aversante, imperio destinatur, ut imperium firmet ; 3.) eius initia, amici et consiliarii ; cognati ad Bryennium, Comneni sororium deficiunt ; coniuratos tractat clementer Comnenus, Annae sorori per Axuchum reconciliatur, Irenen matrem sibi reddit propitiam ; 4.) eius expeditiones contra Persas (i. e. Turcos) ; Scythas arte profligat ; 5.) Triballos debellat ; filios multa caritate prosequitur ; Hunnos adoritur et pacem petere cogit ; deinde traducto in orientem exercitu Persarmeniis debellatis triumphat ; 6.) Gangram expugnat et amittit ; in Ciliciam movet, Bacam castellum munitissimum oppugnat ; monomachia Constantini Armenii et Eustratii Macedonis ; 7.) Baca vi capitur, Anazarbae expugnatio ; in Coelesyriam proficiscitur et cum Antiochenis init amicitiam ; Pizzaess ad deditionem cogit et variam Martis aleam experitur ; 8.) Sezerin urbem obsidet, quae pecunia incolumitatem redimit ; Persarum insidias repulsat ; 9.) Isaacius Comnenus Ioanni fratri reconciliatur ; novae expeditiones in Persas, militum indignatio et imperatoris magnus animus ; expeditio contra tyrannum Trapezuntinum et praeclara in Persas belli gesta ; Manuelis Comneni filii egregium facinus ad Neocaesaream ; 10.) Ioannis Isaaci filii a patre imperatore ad sultanum defectio, unde non exigua incommoda ; Christianos quosdam perduelles imperator debellat et calamitatibus domesticis premitur ; 11.) Antiochenae expeditionis malum consilium ; violatae urbis dat poenas ; Comnenus in venatione venenato suo telo vulneratur, unde plaga insanabilis ; de eiusdem obitu oracula ; 12.) Ioannis Comneni morituri oratio ad cognatos, amicos et magnatas ; Manuelem Isaacio natu maiori praefert et imperatorem nominat ; ab omnibus Manuel imperator salutatur ; Ioannis Comneni obitus et elogia : 323/376 ; De Manuele Comneno (liber I/VII) : liber I : 1.) Manuel Ioanni Comneno imperatori patri succedens Isaacium fratrem maiorem natu in monasterio includit et seditionis ansam praecidens a Byzantinis ob animi et corporis dotes eximias cupide suscipitur ; 2.) a Michaele patriarcha diademate ornatus et cum fratre conciliatus in Persas movet semel et iterum ; uxorem ducit Alemannam quandam, egregia forma et heroico animo mulierem, quam neglegit incestu pollutam ; 3.) Ioannem Hagiotheoderiten imperii cancellarium et Ioannem Puzenum (cuius tenacitas sordida, inhumanitas et avaritia describitur) supremum quaestorem constituit ; Hagiotheodorites a Theodoro Stypiota loco pellitur ; Manuelis virtutes, quae paulo post immutantur ; 4.) Conradii, Germanorum imperatoris, expeditio Hierosolymitana ; Alemannorum legatis Manuel benigne respondet, sed clam insidiatur et Graecorum legiones Alemannicum exercitum, Philippopolitani episcopi aulica facundia circumductum, comitari iubet ; 5.) Alemannorum et Graecorum dissidia ; exercitus Conradi incommoda, quem Graeci ferro, fraude, veneno Manuelis iussu et exemplo persequuntur ; 6.) Turcos hostes intentissimos Germanicus exer-

citus adoriri constituit ; Conradi ad milites pia et acris oratio ; atrox pugna et illustris victoria de Turcis reportate : 377/405 ; **liber II** : 1.) Rogerius, rex Siciliae, Corcyram occupat, Acarnaniam, Aetoliam et oram maritimam vastat ; Boeotiam, Corinthum diripit, Acrocorinthi arce recepta ; 2.) Manuelis expeditio contra Siculos, Corcyrae oppugnatio et Contostephani magni ducis obitus ; 3.) Cosmas patriarcha ob vaticinium de Contostephani obitu pridem edictum dignitate exuitur ; Contostephano succedit magnus domesticus ; 4.) ligneam turritam scalam Manuel in Corcyrenses obsessos exstruit, quam Pupaces et alii CCCC conscendunt ; fracta autem scala plerique pereunt, Pupaces autem mirabiliter evadit ; 5.) Seditio cruenta inter Graecos et Venetos, qua aegre sedata et exercitibus reconciliatis oppugnatur denuo Corcyra et tandem deditione recipitur ; 6.) Manuelis irrita in Siciliam expeditio ; Serviam populatur ; Michael Palaeologus rem gerit feliciter cum Siculis ; 7.) In Servios et Hungaros expeditiones Manuelis et triumphus ; cum Scythis Calamannus male pugnat, Alexius Bryennius, Ioannes Ducas et Constantinus Angelus a Siculis capiuntur ; 8.) Manuel cum Rogerio Siculo pontificis Romani hortatu pacem init, sed paulo post mutuae insidiae recrudescunt : 405/438 ; **liber III** : 1.) Manuelis Hungarica expeditio, Hunnicae grassationes ; 2.) Andronici et Manuelis incestus ; Andronicus affinium insidiis in carcerem coniectus elabitur uxoris opera, sed in itinere interceptus reducitur in custodiam ; 3.) Ludicras pugnas equestres Antiochiae Manuel instituit ; eius copiae dimissae cladem a Turcis accipiunt ; 4.) Theodorus Stypiotes ob Camateri logothetae calumnias excaecatur ; expostulatio Nicetae cum divina providentia ; Camateri logothetae mores, bibacitas et voracitas ; 5.) Manuelis secundae nuptiae ; Nicetae expostulatio cum Deo de Turcis grassationibus ; Iconiensis sultani et Cappadocis toparchae dissidia ; sultanus ad Manuelem confugiens magnifice excipitur ; terrae motus apparatum eorum turbat ; Agarenus quidam, novus Icarus, suae temeritatis luit poenas ; 6.) Clyzasthlanes, Iconii sultanus, ingentibus donis a Manuele affectus, Iconium reversus fidem fallit et Manuelis subditos vexat et oppugnat ; 7.) Fucata sultani et Manuelis amicitia, unde vastationes et clades mutuae : 437/466 ; **liber IV** : 1.) Manuel affinem Stephanum, Hunnorum regis fratrem, frustra Pannoniae regem facere conatur, nam Stephanus a Hunnis veneno tollitur, quibus Manuel bellum indicit ; 2.) Andronicus semel et iterum mirandis artibus vinculis elapsus tandem Manueli patrueli reconciliatur ; 3.) Michaelis Branae ingenuitas ; Manuelis expeditio Pannonica et Zeugmini oppidi recuperatio, in qua variae belli facies ; 4.) Deses, Serviae despota, cogitur ad obsequium ; Alexius Hungarus, Mariae Manuelis ex Alemanna filiae maritus, imperio destinatur, Andronico refragante, qui cum Toruse Armenio infeliciter bellum gerit ; 5.) Andronicus ob illicitos cum Philippa, imperatricis sorore, et Theodora, Balduini vidua, amores Manuelis exosus varia agitatus fortuna cum tribus liberis et Theodora ad sultanum Chaldaeum confugit ; 6.) Manuel princepes sollicitus et suspicax Alexium protostratorem virum innocentem ad cucullum induendum adigit ; unde Manueli in Alexium malus animus ; 7.) Aaron, Sclerus, Sicydites, insignes nebulones, ob magiam, perfidiam et calumnias excaecati et Aaronis postea Isaacii Angeli iussu lingua exsecta ; Manuel cum magna omnium gratia et laude nova castra in Asia condit : 465/494 ; **liber V** : Manuel ex duabus statuis altera erecta, altera electa bello Hungari Andronicum Contostephanum praeficit et victoriae omen de Hungaro lapso arripit ; Pannonii se ad bellum accingunt ; 2.) Andronicus neglecta Manuelis superstitione astrologica milites ad pugnam hortatur ; 3.) Utriusque exercitus dispositio ; pugna, victoria penes Andronicum, qui fama territus Istrum traicit ; Manuel autem de Pannoniis superatis triumphat ; 4.) Contra Servios expeditio Manuelis, item contra Aegyptios, Amerigo, Hierosolymorum rege, auxilia pollicente ; 5.) Amerigus pedem refert, nihilominus tamen Tamiathum obsidet Andronicus et variis modis oppugnat ; 6.) Fraude AmerigiAndronicus Tamiathi expugnatione frustratus milites ad oppugnationem redintegrandam hortatur ; 7.) Tentata expugnatio Amerigi dolis irrita redditur et Graeci Tamiatho domum redeuntes naufragio omnes fere pereunt ; Saraceni pacem cum Manuele firmant ; 8.) Nascitur Manueli filius Alexius imperator designatus ; Manuelis gener Pannoniae regnum occupat et marchionis Montisferrati filio Mariam filiam uxorem dat ; 9.) Manuelis cum Venetis controversiae, bellum et et pax sancita : 493/520 ; **liber VI** : 1.) Sultanum Persicum Manuel adoriri constituit ; Dorylaeo et Subleo instauratis se ad bellum aperte accingit ; 2.) Manuel spreta sultani pacem petentis legatione superbiae suae poenas dat temerarium iter ingressus, in quo insigni clade afficitur ; 3.) Capitalia Manuelis pericula, quae aegre superat, multis suorum milibus et illustrissimis quibusque cognatis desideratis ; 4.)Novae clades, e quibus Manuel elapsus et ad legiones accedens acerbissimis conviciis pungitur, quae patienti silentio obruit ; 5.) Ignavissimum Manuelis de clandestina fuga consilium a gregario milite arguitur ; sultanus ultro Manueli pacem offert, unde Graecorum exercitus salus ; Nicetae de somnio Manuelis et Mauropuli ante pugnam illam infelicissimam narratio ; 6.) Pace sancita Graecos Persae nihilominus infestant ; Manueli conditionibus pacis haud satisfacienti sultanus bellum infert ; 7.) Manuel per legatos sultani exercitum praeda onustum caedit et ad internecio-

nem delet ; 8.) Alia Manuelis expeditio in Persas cum infelici eventu ; Turci Claudiopolin a Manuele protectam frustra oppugnant : 519/548 ; **liber VII** : 1.) Manuelis in Fridericum Caesarem et occidentale imperium dolosae artes ; Anconae obsidio et propugnatio ; 2.) Nicetae de Manuelis consilio iudicium ; Manuelis rapacitas, profusiones et inconsulta in ignotos benevolentia, unde maxima rei publicae labes ; 3.) Aedificia et luxus Manuelis, austeritas item in monachos, quos ad rigidiorem instituti sui professionem revocat ; 4.) Negligentia eiusdem circa disciplinam militum, quos nimia licentia reddit deterrimos ; 5.) Aula et militia perturbatis animum curiose ad theologiam applicat, de praecipuis doctrinae Christianae articulis temerarie definiens ; 6.) Insanit deinde circa Machometis blasphemias, quas doctis et piis viris nequidquam reclamantibus edicto confirmat ; 7.) De Manuelis interitu praesagium observatu dignum ; in monastico habitu ab astrologis dementatus moritur ; successor, imperii tempus et sepultura : 547/574 ; **De Alexio Comneno, Manuelis filio** : 1.) Puerilis aetas Alexii, Manuelis filii et successoris, aulicorum item improbitas imperium Graecorum pessumdat ; 2.) Andronicus Comnenus sequentium tragoediarum pars maxima cum Manuele reconciliatus Oenaeum ablegatur, ut in otio post longinquos errores se recreet ; 3.) In solitudine sua Andronicus imperii occupandi cudit consilia ; 4.) Maria Caesarissa, Alexii pueri soror, Alexii protosebasti, qui in aula rerum potiebatur, potentiam aegre ferens coniurationem init ; 5.) Consilio suo frustrata seditionem concitat Byzantini populi favore adiuta ; 7.) Seditionis a Maria concitae effecta ; protosebasti conatus ; pugna cruenta ; 7.) Mariae maritus suos ad pugnam instaurandam hortatur et impetum facit in protosebasti milites, patriarchae Theodori auctoritate pax restituitur ; 8.) Ignominiosi huius belli detestatio ; patriarcha dolis protosebasti loco movetur et paulo post restituitur ; 9.) Andronicus aperte imperium affectat ; protosebastus imperatricis favore innisus, quos et quibus modis potest sibi conciliat et Andronico reddit adversarios ; Andronicus autem viribus haud destitutus in instituto pergit ; 10.) Protosebasti classis contra Andronicum ; Xiphilini legati, magni ducis, et aulicorum fere omnium ad Andronicum defectio ; 11.) Constantinopolitarum rerum mira conversio ; protosebastus in vincula coniectus excaecatur, Latini seu Franci urbe pelluntur ; 12.) Futurorum praesagia ; patriarchae cum Andronico congressus et collocutiones ; 13.) Andronici cum imperatore Alexio et matre eius congressus ; mendicus in Andronici gratiam a plebe vivus exuritur ; ad Manuelis sepulcrum Andronicus qua fronte et voce accesserit ; 14.) Suo arbitratu Andronicus rem publicam administrat, in nobiles quosque grassatur, Ioannem Cantacuzenum excaecat ; Mariam Caesarissam eiusque maritum veneno tollit ; 15.) Alexii et Irenes, Andronici nothorum, incestae nuptiae ; Theodosius patriarcha cedit et successorem habet Basilium Camaterum ; 16.) Sultanus Iconii in oriente grassatur ; magnus domesticus Ioannes Comnenus arma movet in Andronicum, cuius exercitum fugit et fundit ; Ioanne mortuo eiusdem filii in Andronici manus incidunt et excaecantur ; Alexius puer coronatur ; 17.) Andronicus imperatrici struit insidias ; in Andronicum coniuratio facta detecta et excaecatione multata ; imperatricis miserabilis interitus ; 18.) Consiliariorum et aulicorum ignavia et summa improbitate Andronicus imperator designatur, salutatur et Alexio puero, Manuelis filio, praefertur, qui paulo post ab Andronico non tantum imperio, sed etiam vita crudeliter spoliatur : 573/628 ; **De Andronico Comneno : liber I** : 1.)Alexii elogium ; huic succedit Andronicus Comnenus, qui iam provectae aetatis sobrini sponsam adulescentulam nondum XI annos natam uxorem ducit ; pontifices adulatores deludit et merito praemio donat ; Lapardas, vir bellicosus, ab Andronico deficit, sed interceptus erutis oculis in monasterium concitur ; 2.) Relaxatis curis Andronicus ad Nicaeam obsidendam proficiscitur ; oppugnationis varii eventus ; 3.) Theodori Cantacuzeni interitus ; Isaacii Angeli segnities ; Nicolai pontificis pavor fuit occasio Nicaeae dedendae ; in oppidanos saevit Andronicus et Isaacium comiter excipit ; 4) Prusae excidium et in Prusenses Andronici crudelitas ; Angeli Theodori excaecatio, nobilium multorum supplicia ; Andronici in theatro periculum ; 5.) Isaacius Comnenus Cyprum occupat et in ea tyrannum agit ; unde Andronico metus ; 6.) Macroducas Constantinus et ducas Andronicus, Andronici familiares et consiliarii, mira quadam ratione ultimo afficiuntur supplicio ; populi affectus sub illa tyrannide, cui Andronicus legum auctoritatem praetexit, et paulo post Sebastianos tres laqueo suffocat ; 7.) Alexius Comnenus, Manuelis ex fratre nepos, Siciliae regem in Graecos concitat ; Dyrrhachium et Thesalonicen Siculi occupant ; Thessalonicensium urbe dedita miseriae ; 8.) Siculorum horrendae grassationes in eos, qui domi se continebant ; 9.) Eorundem immanitas in miseros, qui aedibus rejectis per vicos vagabantur et in plateis considebant ; insolentia in eos, qui religionis causa conveniebant in templis ; Eustathius, Thessalonices episcopus, sua intercessione cives sublevat ; 10.) Andronici crudelitas in Irenen, filiam notham, et eius maritum, corruptorum iudicum, qui coniugium istud probaverant, insectatio ; Mamalus scriba crudelissimo ignis supplicio affectus ; 11.) Dishypatus Georgius, magni templi lector, conicitur in vincula ; Tripsychus Constantinus, diligentissimus tyrannidis Andronici minister, volubili quadam rerum vicissitudine eversus

excaecatur : 627/672 ; **liber II** : Andronicus Siculis victoribus parum feliciter resistit ; 2.) Eiusdem apparatus ad Constantinopoleos urbis, quam obsidere cogitabant Siculi, defensionem ; negligentia, luxus, satellites, canis, crudelitas Andronici ; 3.) Contra eiusdem praeclarae quaedam virtutes opponuntur, nempe benignitas in pauperes et reipublicae cura ; 4.) Gravis oratio Andronici de imperatorum negligentia ; 5.) Eius severitas naufragorum calamitati consulit ; alia memoranda in reipublicae commoda ordinat ; aequus est subditis eorumque oppressores multat, doctorum amans, sed disputationibus de religione infensus ; 6.) Saturnina Andronici statua ; imagines imperatricis, quam suffocaverat, cur transformaverit ; templum XL martyrum instaurat et exsiliis suis gloriatur ; 7.) Crudele Andronici consilium de tollendis omnibus seditiosorum cognatis ; universae eorum familiae condemnantur ; 8.) Edicti crudelis exordium et summa eius exagitatio ; Manuel, Andronici filius, edicto refragatur ; 9.) Impietas Andronici ad engastrimythos, daemonum servos, abeuntis, ut successorem nosset ; mali genii oestro percitus malum imminens minime vidit ; 10.) Hagiochristophorita dum Angelum Isaacium occidere studet, occiditur, Isaacius autem in templo supplex populum concitat ; 11.) Seditionem comprimere dum studet Andronicus, accendit ; Ioannes Ducas frustra ambit imperium, nam Isaacius Angelus imperator designatur ; unde Andronici fuga ; 12.) Palatium a plebe direptum, captivitas Andronici, qui miserabiliter exagitatus a plebe Constantinopolitana atrocissime cruciatibus occiditur ; 13.) Andronici elogia, vaticinium, sepultura et de interitu vaticinium : 673/716 ; **De Isaacio Angelo ; liber I** : 1.) Commoda Isaacii Angeli initia ; expeditio contra Siculos ; Andronici filii excaecantur ; Siculi exercitus isocordia ; 2.) Branas, Isaacii legatus, profligat Siculos, quorum duces capti et terrestris exercitus misere dissipatur ; Alexius Comnenus, belli fax, captus excaecatur ; 3.) Siculae classis calamitates, Isaacius Siciliae regis iustam petitionem contemnit, duces captivos conicit in carcerem, deinde educit et pro se orantes audit ; 4.) Benevolentia Isaacii in duces captivos et alios quoscumque dictis testata, quibus facta minime respondent ; Clizasthlanis sultani grassationes ; secundae nuptiae et sordes Isaacii ; Mysorum seu Blachorum defectio ; 5.) Calamitosa in Cyprum expeditio adversus Comnenum Isaacium, cuius mandato Rentacenus Basilius cruento supplicio afficitur ; Blachos a furiosis et daemoniacis ad bellum concitatos Isaacius Angelus sua negligentia confirmat ; 6.) Blachicum bellum a ducibus male commissum et Ioannis Cantacuzeni letalis temeritas ; Branas Alexius seditionem movet in Isaacium imperatorio nomine usurpato ; Byzantium obsidet et cum Isaacii milite ante urbem manus conserit ; per piscatores Propontidis imperatoriam classem fatigat ; 7.) Conradus CaesarMontisferrati marchio Isaacium nutantem confirmat et non modo precibus, sed etiam ensibus hostem rebellandum esse docet ; Isaacii ad milites oratio hortatoria ; 8.) Inter duos exercitus certamen ; Branas a Conrado interficitur ; Constantini Sthetati astrologi interitus ; 9.) Branae capiti et uxori Isaacius victor insultat, seditiosis ignoscit et ut sacrificulus irridetur ; 10.) Suburbana Byzantii aedificia diripiuntur et incenduntur, opifices Latinorum aedes direpturi male multantur, sed pro meritis ; Latinorum sollers commentum : 715/758 ; **liber II** : 1.) Isaacii Angeli in Blachos expeditio ; Conradi Caesaris in Palaestina interitus ; ideo de Chasiorum audacia narratio ; Graeci a Blachis caeduntur et Isaacius pedem referre cogitur ; 2.) Theodori Mangaphae imperium affectantis defectio, a sultano proditus conicitur in carcerem ; 3.) Friderici Barbarossae in Palaestinam expeditio ; legati vaecordes Fridericum et Isaacium committunt ; Armeniorum et Alamannorum in religione consensio ; 4.) Mutationes variae in ecclesiastico statu tunc temporis, et Isaacii astutiae in his mutationibus descriptae ; 5.) Protostrator Friderico frustra insidiatur ; Graeci fugantur ab Alamannis, qui inconstantiam et superbiam Isaacii experiuntur et derident ; 6.) Friderici in orientem traiectus, non aversante Isaacio ; Philadelphensium perfidia et Laodicensium hospitalitas, Turcos perfidos Fridericus maximis damnis afficit ; 7.) Pugna Friderici ad Iconium, Alemannici cuiusdam heroica fortitudo ; 8.) Friderici submersio et praeclarum elogium ; eiusdem filio mortuo Alamanni rebus infectis domum redeunt ; Francorum et Anglorum expeditio in terram sanctam : 757/786 ; **liber III** : 1.) Isaacii familia et diuturni imperii imaginatio ; Pseudalexii seditio et interitus ; 2.) Alterius Pseudalexii et Basilii Chozae crebrae seditiones et exitium ; procerum nonnullorum supplicia ; 3.) Clades Isaacii in Blachica expeditione ; Hannonem imitatus iactat falsam victoriam et inanes magnarum rerum imaginationes ; 4.) Blachorum et Scytharum grassationes ; Serviorum Pepanus victus ; Constantinus Angelus repressis Blachis affectat imperium, sed derisus a Batatze et a milite proditus excaecatur ; unde Blachis gaudium et Graecorum subsannatio ; 5.) Isaacii vaecordia, Theodori Castamonitae potentia et interitus ; pueri duo imperatores imperium administrant ; 6.) Luxus et ineptiae Isaacii et in aedificiis publicis et privatis immensi sumptus ; 7.) Eiusdem sacrilegia, avaritia et alia scelera ; necnon quaedam virtutes ; 8.) In Blachos expeditionem suscipit ; frustra monetur de fratris insidiis ; Basilacius, fatuus vates, Isaacio excaecationem denuntiat ; 9.) A fratre Alexio Isaacius imperio et oculis privatur : 785/824 ; **De Alexio Comneno, Isaacii Angeli fratre : liber I** : 1.)

Graecorum in Isaacii adverso casu affectus ; Alexii parricidae, novi imperatoris, profusiones et reipublicae cura posthabita ; Contostephani Alexii seditio opprimitur ; 2.) Alexius a cunctis per malas artes acceptus in urbem ingreditur, infelicis imperii omina ; 3.) Angeli cognomentum Alexius repudiat et Sardanapalum agit ; Euphrosyna, imperatrix virago, sed superba, luxuriosa et impudica ; Pseudalexii Cilicis seditio et interitus ; Isaacii Comneni in seditionis apparatu interitus ; 4.) Blachi conditiones pacis ab Alexio oblatas aspernantur ; Asanis de fama et de Alexio imperatore disputatio ; Isaacius sebastocrator ab Asane capitur ; 5.) Asani sacrificulus necem praedicit et paulo post Asan interficitur ab Ibanco ; 6.) Graecos Ibancus in auxilium vocat, sed ab iis nihil ladiuvatur ; ad Alexium se confert, cui utilem navat operam ; 7.) Persae Graecos bello aggrediuntur et Dadibram urbem occupant ; Amerigi, Friderici Barbarossae filii, ad Graecos legatio ; 8.) Alexii responsum et ostentatio ab Alamannis derisa, ingentem auri vim singulis annis persolvi sibi petit Amerigus ; inde inter Graecos tributum exactum est, quod Alamannicum dicebatur, Alexius autem sepulcra spoliat : 823/854 ; **liber II** : Nicetas insultat Amerigo mortuo et eius in Sicilia crudelitatem exaggerat ; Caphures, Genuensis pirata, a Ioanne Stirione opprimitur ; 2.) Turbae in aula Alexii imperatoris, cuius cognati omnia vendunt ; Euphrosyne imperatrix Constantinum Mesopotamitanum evehit ; ideo a fratre et genero adulterii accusatur ; unde Batatzis, nobilis iuvenis, proditoria caedes et Alexii factum indignum ; 3.) Alexii irrita contra Blachos expeditio ; Euphrosyne in monasterium abstruditur, sed delatorum opera revocatur ; 4.) Constantini Mesopotamitani sacrificuli et versatissimi mirae artes describuntur, in altum sublatus casu graviore ruit ; 5.) Temeritas Alexii in Iconiensi sultano concitando ; sultanus oppida quaedam ex improviso capit ; Antiochia Phrygiae maximo periculo mire liberatur ; sultani in captivos humanitas, Alexii futiles ad bellum apparatus ; 6.) Alexius inconsulte in se ipsum saevit ; imperatricis deliberationes de imperii successore ; miserrimus reipublicae status et Scytharum in Thraciam irruptio : 853/882 ; **liber III** : 1.) Alexii contra Chrysum Blachum expeditio et irrita Prosaci, munitissimi castelli, oppugnatio ; Chrysus ex hoste fit Alexii affinis ; 2.) Scytharum incursio in Macedoniam ; nuptiae filiarum Alexii ; Ibanci defectio et in eum expeditio, protostratori Manueli Camyzi infausta ; 3.) Controversiae inter Graecos de eucharistia et theologorum variae sententiae ; 4.) Ibancus Alexii periurio capitur ; Euphrosyne imperatrix oppresso Contostephano res futuras curiosa profanitate investigat ; Caichosroen sultanum Rucratinus frater Iconio depellit ; 5.) Comani a Rossis et Calytza, principe Christiano, repressi ; Calomidii, divitis negotiatoris, comoedia, Ioannis Lagi tragoedia ; 6.) Ioannis Comneni Crassi seditio ; Alexii spoliatio navium et perfidia in Rucratinum ; Michaelis defectio, periculum Alexii a naufragio et ruina ; 7.) Eudocia, Alexii filia, a StephanoTriballo repudiata ; Mysi Constantiam et Varnam expugnant ; protostrator ad Chrysum deficit ; Spyridonacae defectio ; Alexius tandem seditiosos coërcet ; 8.) Ad cladis Brytanniae descriptionem accedens Nicetas, Alexii imprudentiam proponit, qui de Isaacio fratre securus est ; Comneniorum fratrum rapacitas et profusiones ; 9.) Veneti multis iniuriis ab Alexio et Comneniis fratribus affecti Henrici Danduli, ducis sui, consilio bellum contra Byzantinos parant ; Alexius Angelus, Isaacii filius, cum Venetis se coniungit, imperator classem hostium contemnit, quae in Graeciam vela dat ; 11.) Byzantii obsidio ; velitationes Graecorum et Latinorum ; incendium urbis ; Alexius frustra tentatis armis Debeltum confugit, imperio spoliatus ; eius elogia : 881/930 ; **De Isaacio Angelo iterum imperatore** : 1) Alexio fugato Isaacius excaecatus iterum imperator salutatur, qui fratris fugam Alexio filio et Latini exercitus ducibus denuniat ; Latinis sacra et profana vix sufficiunt ; 2.) Synagogae Saracenorum direptio causa incensae urbis ; huius incendii luctuosissima descriptio ; 3.) Alexius Comnenus relictum imperium frustra repetit, Isaacii et Alexii filii desidium, turpitudo, vaecordia monachorum assentationibus fovetur ; Minervae statuam aëneam plebs comminuit ; 4.) Latini rapinis, incendiis, ferro grassantur in Byzantinos ; Alexius Ducas Murzuflus resistit Latinis ; seditio contra Isaacium et Alexium Angelos ; 5.) Nicolaus Canabus adolescens a plebe invitus imperator inauguratur ; Isaacio animam agente Alexius filius sibi consulit ; Murzuflus astute deicit eum et Canabo oppresso vita spoliat : 929/948 ; **De Alexio Duca Murzuflo** : 1.) Alexii Ducae Murzufli ingenium ; locupletibus multatis bello se parum feliciter parat ; a Latinis fugatur ; 2.) Pacificationis conatus irriti ; urbis oppugnatio et expugnatio et incendium ; eques singularis Latinus Graecos in fugam vertit ; 3.) Murzufli fuga ; Theodorus Ducas et Lascaris frustra de imperio contendunt ; urbis direptio et sacrilegiorum deploratio ; 4.) Latinorum in urbe depraedationes et alia flagitia ; eorundem insectatio ; Saraceni Latinis humaniores ; 5.) Deploratio urbis prolixe descripta per Nicetam ; 6.) Confessio et invocatio ; multiplex item consolatio et ad poenitentiam adhortatio : 947/966 ; **De rebus post captam urbem gestis** : 1.) Nicetas rationem reddit, cur post expugnatam a Latinis Constantinopolin exemplum non sit imitatus Salomonis ; 2.) Graecorum cladem nulla prodigia praecesserunt ; captae urbis miserrimus status ; Nicetae peculiaris conditio ; 3.) Miris modis Nicetas servatur, qui nobilem virginem a rap-

toris manu prudenter vindicat; 4.) Cum moenibus urbis Nicetae expostulatio et urbis allocutio et inania vota; 5.)Nicetae et aliorum exsulum fortuna, populi item et militum licentia describitur; 6.) Inter duces Latinos sortitio provinciarum nondum subactarum; in comitiis regiis sortitionis ritus; Balduinus, Flandriae comes, Danduli opera creatur imperator; eius elogium; 7.) Balduinus imperium stabilire studet; ad eum Bonifacius marcho deficit et reconciliatus Graeciam occupat; 8.) Henricus, Balduinis frater, et Petrus Plancius Asanias urbes occupant; Prusae irrita obsidio; Theodorus Philadelphiensis ab Henrico profligatus; marchionis in Graecia grassationes; Leonis Scuri Nauplii tyrannis; Michael Choniates Leonem placat; 9.) Scurus Alexii imperatoris filiam Eudociam ducit; Murzufli miserabilis exitus; marchio Graecia potitur; 9.) Scurus Acrocorinthum confugit; Alexius imperii insignibus exuitur; 10.) Graeci milites a Latinis repudiati Blachorum ope urbes ad defectionem impellunt; Latini occidentales urbes recuperare satagant; Graecorum clades ad Arcadiopolin; Adrianopoleos obsidio; Latini a Scythis in insidias pellecti a Blachis capiuntur et occiduntur, Dandulus effugit; 11.) Graeci a Scythis et Latinis vexantur, Mysorum et Latinorum pugna ad Serras; Marchio Thessalonicensium defectionem ulciscitur; Alexii relegatio; Marchionici denuo a Scythis vincuntur et urbes amittunt; Latini in Thracia grassantur; 12.) Henricus, Balduini frater, Aprum vi expugnat, Orestiadem frustra oppugnat; Petri Plancii casus; lues et fames obsidionem solvunt; Didymotichum Euri exundatione defensum; Graeciae miserrimus status; 13.) Mauzoromes Lascaris et Comnenus in oriente de imperio contendunt; Philippopolin Blachi, Thraciam Scythae vastant; Latini a Scythis ad Rusium caesi; 14.) Multarum urbium Graecarum excidia, Athyrae et aliarum calamitates; Ioannes Didymotichum frustra oppugnat; 15.) Latini Adrianopolitanis et Didymotichianis opem ferunt; Thracia solitudo a Scythis et Blachis facta; augurium corvorum et cornicum; Graecia in tyrannides distracta; Nicolai, archiepiscopi Corinthii, interitus; 16.) Orientis status; Aldobrandinus Pergami tyrannus; Cretam Genuenses occupant; Attaliam Caichosroes frustra oppugnat; David Comnenus Latinorum fretus auxilio Lascari resistit; 17.) Petrus Plancius Regas occupat; Henricus, Balduini frater, imperator designatur; Graecorum militum perfidia; Balduini miserabilis exitus; Constantini Tornicis mors cruenta; fatalia urbis simulacra confringuntur; 18.) Latinorum diligentia et Romanorum ignavia; Henricus Blachos profligat; adversus iniqua hominum de se iudicia querela Choniatae, qui finem historiae suae imponit: 967/1038;

Narratio de statuis antiquis, quas Franci (anno 1204) post urbem captam Constantinopolin destruxerunt: *Monitum*: 1037/1040; textus: Prooemium: 1041/1043; De statuis Iunonis, Paridis Alexandri, Veneris et Cupidinum: 1043/1046; mulieris cuiusdam, quae Anemodulium appellabatur, et equitis, quem Bellerophontem alii esse ducebant, alii Iosuam, filium Nuni: 1045/1046; Herculis Trihesperi: 1047/1048; asini, quem Octavianus Augustus Actii erexerat, scrofae et lupae, quae Romulum Remumque nutriebat; viri cum leone pugnantis, equi Niliaci, elephanti, Sphingarum, equi infrenati et frementis, Scyllae: 1049/1050; aquilae aëneae, quam Apollonius Tyaneus in Hippodromo posuerat: 1049/1052; Helenae Troianae: 1051/1054; mulieris pulchrae columnae insidentis: 1053/1054; quadrigarum metae, aurigarum statuae: 1053/1056; bovis Aegyptii: 1055/1058;

Chronologia Nicetae, *quae annorum ab eo descriptorum et rerum sub imperatoribus gestarum seriem indicat, auctore Fabroto*: 1057/1064; **Glossarium Fabroti**, in qua vocabula Graeco-barbara *explicantur*: 1063/1088;

Thesaurus orthodoxae fidei: **Morellii epistola** *ad Ioannem a S. Andrea*: 1087/1092; **Angeli Maii Monitum**: 1091/1092; **Index** *librorum XIV Thesauri*: 1093/1102; **Thesauri textus**: **liber I**: Prooemium: 1101/1104: 1.) Mosaicae Geneseos synopsis, ab Adamo ad Mosem: 1103/1106; cap. 2.) Graecorum mysteriorum origo et philosophorum sectae; 3.) Plato de trium rerum causis: 1105/1106; 4.) Pythagorae deliria: 1105/1108; 5.) Epicuri helluonis nugae; 6.) Moses philosophis certior; principia rerum elementa; ecquod elementorum primo productum; 7.) De ideis et coelo: 1107/1108; 7.) De stellis; sol et luna an planetae; planetarum ordo, motus, concentus; 8.) Iudicii supremi tempus; planetarum ἀποκαταστάσεις; astrorum synodus, diluvia; 10.) De solis, lunae et terrae magnitudine et intervallo: 1109/1110; 11.) De solis et lunae eclipsi: 1109/1112; 12.) De solis, lunae et astrorum qualitatibus; 13.) De solis et lunae cursu et anni ratione; 14.) Solis, lunae et stellarum materia, ignis natura: 1111/1112; 15.) De zodiaco et planetarum domibus et elevationibus: 1111/1114; 16.) De lunae figuris decem; 17.) De septem planetarum zonis et cursu una cum loci Davidis, Psalm. III explicatione; 18.) De quattuor tropicis sive solstitiis: 1113/1114; 19.) Signa, menses et προγνωστικά: 1113/1116; 20.) De stellarum motu et de luna; 21.) De vacuo; 22.) Ecquod elementum primo productum; 23.) De cometis et fulgoribus, qui διάττοντες ἀστέρες dicuntur: 1115/1118; 24.) De pluvia, nive, grandine, et quae ex vapore fiant; 25.) De iride, halone, parellis et virgulis; 26.) Christiana et philosophica terraemotus causa; 27.) De ventis; 28.) De fulmine, turbine, tonitru, procella etc.: 1117/1118; 29.) De corporum resurrectione et animarum immortalitate; 30.) De

Iudaismi auctoribus ; 31.) Haereseon et seditionum Iudaicarum origo ; 32.) Duodecim tribuum in duos ducatus sub Roboamo divisio ; 33.) Captivitas ; Esdras Babylone in Samariam idololatris inhabitabilem mittitur ; 34.) Samaritanorum haeresis ; 35.) In quibus quattuor Samaritanorum sectae conveniant, in quibus non : 1119/1121 ; 36.) De Essenis in specie : 1121/1122 ; 37.) Iudaeorum in septem sectas divisio : 1121/1122 ; 38.) De Saducaeis ; 39.) De scribis ; 40.) De Pharisaeis ; 41.) De Hemerobaptistis ; 42.) De Nazaraeis ; 43.)De Essaeis et Elxai pseudopropheta et eius fratre Iezaeo cum sororibus Martho et Marthana ; 44.) De Herodianis : 1123/1124 ; 45.) Epilogus : 1125/1126 ; **liber II de Ss. Trinitate, angelis et hominibus** : cap. 1 : Quod divinitas trishypostata sit, i.e. tribus personis constet : 1125/1128 ; 2.) Cur Trinitatis mysterium ministerio Verbi potius quam hominis cuiuspiam innotuerit ; 3.) Incarnatio Christi certissimum divinae erga nos providentiae argumentum ; 4.) Cum divinitas ineffabilis sit et incomprehensibilis, qui fit, ut a Christo in Patrem, Filium et Spiritum dividatur? 1127/1128 ; 5.) Consentaneum fuisse, ut Dei Filius hominis quoque Filius diceretur et fieri non potuisse, ut vel ab homine humano vel ab angelo servaretur : 1127/1130 ; 6.) S. Dionysii Areopagitae ex cap. 2. De unita et distincta theologia de Patre et Filio et Spiritu Sancto : 1129/1130 ; 7.) Basilii ex epistola ad Gregorium fratrem, quae de essentiae et hypostaseos differentia inscribitur : 1129/1132 ; 8.) Gregorii Theologi de Patre et Filio et Spiritu sancto distincta simul et coniuncta divinitatis ratio ; ex oratione I De Filio : 1131/1132 ; 9.) Eiusdem ex oratione De dogmate et statu episcoporum : 1131/1134 ; 10.) Eiusdem ex oratione in Arianos et pro seipso (Patrem, Filium et Spiritum communi nomine Deum dici, quorum expressa comprehensio vera demum, hoc est coelestis felicitas sit) : 1133/1134 ; 11.) S. Maximi de Patre et Filio et Spiritu Sancto distincta simul et coniuncta Divinitatis ratio (Patris et Filii et Spiritus eandem substantiam, potentiam et actionem esse) : 1133/1136 ; 12.) Damasceni ex oratione De Patre et Filio et Spiritu Sancto distincta simul et coniuncta Divinitatis ratio : 1135/1136 ; 13.) Eadem de re ex variis patribus (perfectae in Trinitate personae, in se vicissim singulae) : 1135/1136 ; 14.) Essentiae, naturae, generis, speciei et formae, item hypostaseos, personae, characteris et individui *ἰσοδυναμία* : 1137/1138 ; 15.) Naturae et hypostaseos differentia, ex Cyrillo, Dionysiis Areopagita et Alexandrino, Gregorio Nazianzeno et Theodoreto : 1137/1140 ; 16.) Item Dionysii Areopagitae De Deo (omnia de Deo et affirmantur, tamquam omnium causa, et negantur, quia omnibus excellentior sit) : 1141/1142 ; 17.) S. Maximi de Deo communiter (genuinus nominum sensus, quibus Deum appellamus) : 1143/1144 ; 18.) S. Gregorii Theologi ex magna oratione Apologetica (Quam difficile sit, ut ab homine terreno caelestia comprehendantur) : 1143/1146 ; 19.) Chrysostomi ex libro De eo, quod comprehendi non potest (Si sapientia comprehendi non queat, multo minus natura possit) : 1145/1148 ; 20.)Catechetica quaedam erotemata, nimirum Deus, Pater, Filius et Spiritus sanctus quot modis in Scripturis accipiantur, una cum eorum *ἐτύμῳ* ; quid Trinitas : 1147/1148 ; 21.) Theologica alia de Trinitate consideratio (Unus cum sit, cur Patrem, Filium et Spiritum invocemus, contra Tritheitas) : 1147/1150 ; 22.) Demonstratio ex communibus notionibus unum in Trinitate Deum esse : 1149/1150 ; 23.) Adversus eos, qui nos in tres deos credere dicunt : 1149/1152 ; 24.) Demonstratio, qua Deum ex eo, quod natura Filium habet, adoptione quoque filios habere et, nisi naturalis Filius processisset, adoptivis loci nihil reliquum fuisse probatur : 1151/1152 ; 25.) De principio ; principium id est Deus Pater,qui quaecumque vult, ea potest ; primus et novissimus, invisibilis, immensus, incircumscriptus, incorporeus, indefinitus, aeternus, saeculorum creator, variis Scripturae locis probatur : 1151/1154 ; 26.) De Patre ; videntur haec praecedentibus *ἀμέσως* adnectenda : 1153/1156 ; 27.) De Filio (quod unigenitus, verus Deus, veri Dei Filius, altissimus, dominus, aeternus, Deus, Iesus Christus, Patri consubstantialis et coaeternus sit) : 1155/1158 ; 28.) De Spiritu Sancto et eius charismatibus : 1157/1160 ; 29.) De divinis nominibus : 1159/1162 ; 30.) Trinitatis demonstratio a trutinae aequilibrio, duplici alarum seraphicarum Trinitate, Trisagio : 1161/1164 ; 31.) Expositio Fidei (quae praecedentium omnium anacephalaeosi succincta constat) : 1163/1168 ; 32.) Fides revelata S. Gregorio Thaumaturgo tamquam ex Ss. Dei Genetricis et S. Apostoli Ioannis evangelistae doctrina : 1167/1168 ; 33.) Iterum de S. Trinitate (de Patre, Filio et Spiritu sancto distincta simul et coniuncta Divinitatis ratio, ex Ioanne Damasceno, cap. 8) : 1167/1172 ; 34.) Praecedentium anacephalaeosis, *ἀγεννήτου* et *ἀγεννήτου* differentia (Paternitatis, filiationis, processionis origo etc.) : 1172/1174 ; 35.) Tertia pars confessionis fidei Ioannis Damasceni de Spiritu Sancto : 1173/1174 ; 36.) Re ipsa et animo contemplari ; quomodo communes rerum omnium notiones dinoscantur ; quid idem a simili differat ; persona personae quomodo insit : 1173/1176 ; 37.) Damasceni eiusdem : De iis, quae de Deo dicuntur, et quod ad habitum, actionem et cetera id genus, non autem ad essentiam referenda sint : 1175/1178 ; 38.) Eiusdem : De divina coniunctione et discretione (et quod illa in Trinitate, haec in Filio solo intelligenda sit) : 1177/1178 ; 39.) Eiusdem ex cap. 14 de iis, quae corporaliter de Deo dicuntur : 1177/1180 ; 40.) De angelis ; 1179/1182 ; 41.) Hierarchiae synop-

sis ; Angelos creaturas, non creatores esse, contra Sethianos : 1181/1182 ; 42.) De homine ; essentiae divisio, imaginis et similitudinis in Deo differentia ; Origenis deliramentum : 1181/1182 ; 43/44.) Hominis partes et pristinae qualitates, spiritus et caro : 1181/1184 ; 45.) De anima, mente et rebus incorporeis ; 46.) De corpore, elementis et humoribus ; 47.) Homini quid cum inanimis brutis et intelligentiae capacibus commune sit ; 48.) Quae corpori et animae propria sint, quae item utrique communia : 1183/1184 ; 49.) Facultatum animae divisio : 1183/1186 ; 50.) Plura de corpore et anima ; de animae immortalitate et natura, quatenus corpori iungatur ; 51.) Angelorum et animarum creationis ratio ; 52.) Triplex animae affectio triplicem quoque hominem facit ; 53.) De mente et anima (Graecorum aliquot philosophorum de animae et corporis coniunctione sententiae) ; 54.) De anima : Misceri quae dicantur et quomodo anima corpori commisceatur : 1185/1186 ; 55.) An anima sit patibilis ; 56.) Affectiones animae ab eius essentia colligi, non contra ; 57.) Expositio dicti Mosaici « Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram » : 1187/1188 ; 58.) Animum corporis et corpus vice versa animi idolum esse : 1187/1190 ; 59.) De animarum in alia corpora transfusionibus ; 60.) De luminosa et tenebricosa animae natura ; 61.) Variae Ethnicorum et Christianorum de anima sententiae : 1189/1190 ; 62.) Quid Ethnicis, quid Christianis de immortalitate animae placuerit : 1189/1192 ; 63.) De mente ; intelligentia quomodo animae et menti insit ; 64.) De mente et anima et utriusque formis earumque differentiis ; 65.) De virtutibus earumque triplici ordine ; 66.) Item de sex gradibus virtutum *φυσική, ἠθική, πολιτική, θεωρητική, θεουργική* : 1191/1192 ; 67.) De virtutibus, quibus homo perfectus evadit : 1191/1194 ; 68.) De virtutibus et earum finibus, *μετριοπαθεία* et *ἀπαθεία* ; 69.) De virtutibus ; Deo similes variis modis efficiamur ; 70.) Item de anima ; 71.) De animarum in corpora insinuatione ; philosophiae difficillima quaeque facilia sunt : 1193/1194 ; 72.) Quattuor exemplis animarum in corpora insinuatio demonstratur : 1193/1196 ; 73.) De animarum, praesertim sanctarum, de corporibus digressione ; 74.) De corporis in utero formatione quid nostri, quid externi philosophi senserint ; 75.) Quomodo embryon in utero moveatur et coalescat ; 76.) De anima ratione participe, quomodo corpori coniungatur et ei praesit : 1195/1198 ; 77.) De animarum in integrum restitutione, quae angelorum ministerio fit ; 78.) De iudicio extremo, quo animae aut paradisi compotes fiunt aut in inferos detruduntur : 1197/1198 ; 79.) Utrum animae corporibus praeexstiterint et earum genera varia : 1197/1200 ; 80.) De idolis seu spectris et umbris *φιλοσωμάτοις* circa sepulcra versantibus ; 81.) An animae cum corporibus ad pristinas fides redeant ; 82.) De metempsychosi Pythagorica : 1199/1200 ; **liber III : De Verbi divini incarnatione** : cap. 1 : Prophetarum de Verbi divini incarnatione testimonia (De Christi generatione, fuga, baptismo, morbis ab eo curatis, descensu in Virginem, proditore Iuda, detentione, crucifigio, verberibus et colaphis, venditione, spinea corona, clavis, vestibus, felle et aceto, tenebris obortis, morte, descensu ad inferos, resurrectione, unguentiferis mulieribus, ascensione, iudicio extremo) : 1199/1204 ; 2.) Ioannis Damasceni de Christi conceptione seu divina humanae carnis assumptione : 1205/1206 ; 3.) Eiusdem de duabus naturis adversus eos, qui unam in Christo naturam esse dicunt : 1205/1210 ; 4.) Capita quaedam de incarnatione Verbi et de enhypostatico, heterohypostato, hypostasi : 1209/1210 ; 5.) De homousiis seu iis, quae sunt eiusdem substantiae : 1209/1210 ; 6.) De homohypostatis, hoc est iis, quae sunt eiusdem hypostaseos seu substantiae : 1209/1212 ; 7.) De differentia et coniunctione eaque triplici, essentiali, personali et habituali ; 8.) De hypostatica seu personali coniunctione et differentia ; 9.) De schetica seu habituali coniunctione et differentia, de differentia tamen nihil ; 10.) Pater, Filius et Spiritus in quo differant, in quo conveniant ; 11.) De Verbi incarnatione ; 12.) De essentia (natura, hypostasi, persona) : 1211/1212 ; 13./14.) Ecclesiastica naturae definitio ; quid Severianos in errorem impulerit ; 15.) Hypostasis, persona, character in Deo quid ; hypostaticae proprietates : 1213/1214 ; 16.) Synopsis de modo *ἀντιδόσεως* seu mutuae naturarum retributionis : 1213/1216 ; 17.) Item de natura et hypostasi (Variis exemplis non tantum ab intellectualibus, rationalibus et animatis, sed etiam ab inanimis, immobilibus et insensibilibus ostendit Christi carnem non personam, sed essentiam esse ; hypostaseos, enhypostati etc. exempla) : 1215/1216 ; 18.) De habitu ; 19.) De voluntate ; quid sit voluntas, de quonam et quot modis dicatur : 1215/1216 ; 20.) Quid proprietas, de quonam dicatur et quot modis (quid hypostasis, quid accidens) ; 21.) Quid sit accidens ; 22.) De energia seu actione ; 23.) Coniunctio quid sit, quanam de re et quot modis dicatur : 1217/1220 ; 24.) Homousion seu consubstantiale quid, quanam de re et quot modis dicatur ; 25.) Innovatio quid et quam necessaria eius cognitio ; 26.) Corruptibile quid et unde et quot modis dicatur ; 27.) De libero arbitrio : 1219/1220 ; 28.) S. Dionysii Areopagitae De divina incarnatione ex cap. 1 : De divinis nominibus ; 29.) Gregorii ex oratione in Diem natalem Domini : 1221/1224 ; 30.) Nysseni de divina incarnatione ex oratione catechetica, Divinitatis et humanitatis cum igne et elychnio, item cum carne et anima collatio : 1223/1226 ; 31.) Maximi, De divina incarnatione ex interpretatione orationis de recta confessione : 1225/1228 ; 32.) Damasceni : 1227/1228 ;

33.) Eiusdem de modo ἀντιδόσεως seu mutuae proprietatum retributionis : 1227/1230 ; 34.) Eiusdem : Totam divinam naturam in una suarum personarum toti humanae naturae coniunctam esse, non autem partem parti : 1229/1232 ; 35.) Eiusdem : De una Dei Verbi composita persona, cap. 7 : 1231/1232 ; 36.) Eiusdem : De natura in specie et individuo considerata necnon de coniunctionis et incarnationis differentia : 1231/1232 ; 37.)Eiusdem : De naturalibus et nulli crimini obnoxiis affectionibus ; Verbum dempto peccato totum hominem et cuncta, quae sunt hominis, assumpsit : 1231/1234 ; 38.) Item alia de incarnatione ; aliorum Patrum demonstrationes syllogisticae ex communibus notionibus : 1233/1238 ; 39.) Item de Filii incarnatione (tredecim haeresibus relectis ecclesiae veram de Christi nominibus et incarnatione opinionem solam amplexendam esse) : 1237/1238 ; 40.) Confutatio praecedentium haereseon : 1237/1240 ; 41.) Cur Christus homo factus ; resurrectio ; iudicium ; varii beatorum et damnatorum ordines : 1239/1242 ; **liber IV : Adversus Antearianas haereses XLIV ; unicuique capiti seu haeresi sua annexa est confutatio ;** Praefatio : De Christi et Satanae ministris : 1241/1242 ; cap. 1 : Prima haeresis Simonis Magi et Basilidis : 1241/1244 ; qui ab hac haeresi ad Ecclesiam catholicam revertuntur, baptizantur : 1243/1244 ; Menandri, Saturnini et Basilidis haereseon confutatio : 1245/1246 ; 2.) Nicolaitae, qui baptizantur, et Gnostici : 1245/1248 ; 3.) Carpocratiani, qui baptizantur : 1247/1248 ; 4.) Valentiniani, qui baptizantur : 1247/1254 ; 5.) Ptolemaei, qui baptizantur : 1253/1256 (Appendix : Theodori Scutariotae ad confutationem : 1255) ; 6.) Marci haeresis ; baptizantur : 1255/1258 ; 7.) Ascodrugi vel Ascodrupitae ; 1257/1262 ; 8.) Colobarsiani : 1261/1262 ; 9.) Ophitae, baptizantur : 1261/1268 ; 9./10.) Prodici haeresis et Adamitae : 1267/1270 ; 11.) Caini haeresis : 1269/1272 ; 12.) Sethiani, baptizantur : 1271/1274 ; 13.) Archontici seu Principatuum haeresis, baptizantur : 1273/1274 ; 14.) Cerdoniani et Marcionitae, baptizantur : 1273/1280 ; 15.) Luciani, baptizantur 1279/1280 ; 16.) Apellis haeresis, baptizantur : 1279/1282 ; 17.) Severiani, baptizantur :1281/1284 ; 18.) Tatiani, baptizantur : 1283/1284 ; 19.) Encratitae seu Continentes, baptizantur : 1283/1284 ; 20.) Cataphryges seu Montanistae seu Tascodrugitae, baptizantur : 1283/1286 ; 21.) Quintiliani, Priscilliani, Pepuzitae, Artotyritae, baptizantur : 1285/1286 ; 22.) Tessaresdecatistae seu Quartodecimani, unguntur : 1285/1288 (Theodori Scutariotae scholium : 1287) ; 23.) Alogi seu Dei Verbum negantes ; unguntur : 1287/1290 ; 24.) Adamiani ; hi unguntur, at honestum quoque fuerit, si baptizentur : 1289/1292 ; 25.) Sampsaei, qui et Helcesaei, baptizantur : 1291/1294 ; 26.) Theodotiani, baptizantur ; 1293/1296 ; 27.) Noëti et Novati, hi unguntur, sed praestiterit, ut Noëtiani quidem baptizentur, Novatiani inungantur ; 1295/1298 ; 28.) Sabellii, baptizantur vel, ut quibusdam placet, inunguntur : 1297/1300 ; 29.) Marcelli haeresis, baptizantur : 1299/1300 ; 30.) Valentii : 1299/1302 ; 31.) Origenis haeresis, unguntur : 1301/1314 ; 32). Pauli Samosateni, unguntur : 1313/1316 (Theodori Scutariotae scholion) ; 33.) Manichaeorum et Cubricorum, baptizantur : 1315/1324 ; 34.) Hieracitarum, unguntur : 1323/1328 ; 35.) Collyridianorum, unguntur : 1327/1330 ; 36.) Massalianorum sive Euchitarum, unguntur vel, ut quibusdam placet, baptizantur : 1329/1340 ; 37.) Cerinthianorum :1339 1340 ; 38.) Ecetarum, unguntur : 1339/1342 ; 39.) Gnosimachorum, unguntur : 1341/1342 ; 40.) Thnetopsychitarum, h.e. eorum, qui animarum immortalitatem impugnant (cf. Origenem apud Euseb., hist. eccles. VI 26) : 1341/1342 ; 41.) Christolytarum, h.e. eorum, qui Christi naturam destruunt : 1341/1344 ; 42.) Ethnophronum, h.e., eorum, qui gentiles superstitiones affectantur : 1343/1352 ; De fato, augurio, fortuna, cledonismo, lecanomantia et Porphyrii de daemonibus doctrina : 1351/1356 ; 43.) Parermeneutarum, h.e., eorum, qui perverse Scripturas interpretantur : 1355/1356 ; 44.) Melitanorum : 1355/1360 ; **liber V, adversus Arianos, Eunomianos, etc.** : cap. 1 : De Arii genere, forma, vestitu et sacerdotio : 1361/1364 ; 2.) Arii dogmatum enumeratio : 1363/1366 ; 3.) De synodo Alexandrina centum episcoporum, in qua cum Ario quinque presbyteri totidemque diaconi gradu ecclesiastico delecti sunt ; 4.) De Arianorum ducentorum episcoporum Nicomediensi contra orthodoxos homousianos antisynodo ; 5.) De Nicaena trecentorum episcoporum auspiciis Constantini Magni synodo coacta et controversis de Paschae festo dogmatis : 1365/1366 ; 6.) Synodo Nicaenae quinam praefuerint aut convocatorum vice interfuerint : 1365/1368 ; 7.) De prima Nicaenae synodi sessione ; quanam de causa convenerint : 1367/1368 ; 8.) De Arii excommunicatione una cum librorum eius imprimisque Thaliae vel Convivii improbatione : 1367/1370 ; 9.) De Nicomediensi Arianorum antisynodo et insidiis in Eustathium, Antiochenum episcopum, structis : 1369/1370 ; 10.) Quam subdolis artibus Ariani haeresiarchae sui reditum ab exsilio impetraverint et de intendendis in Athanasium patriarcham calumniis cogitaverint, quibus tandem hic Hierosolymitanae synodi decreto apud Treviros in Gallia exsulare iussus est : 1369/1372 ; 11.) De Arii Alexandrina communione pulsi nec ad Constantinopolitanam nisi vi et praeter orthodoxorum sententiam admissi pudenda morte : 1371/1372 ; 12.) De paralogistica Eusebii Nicomediensis episcopi homousion in homoiusion mutatione, cui Constantius imperator et duodecim pluresque episcopi subscripserunt : 1373/1374 ; 13.) De Acacii ὁμοίῳ, cui viginti

peribus assignatae ; moritur Irene ; imperator viduus Annam Alemannam, sororem Manfredi, Siciliae regis, uxorem ducit ; Marcesinam, Annae magistram et educatricem, perdite amat ; imperatoriis signis ornari patitur ; uxori ipsi praefert ; conscientiae stimulus urgetur ; monachi Marcesiam templo excludunt iussu praepositi Blemmydae ; huius elogium ; ut Marcesinam semper insecutus sit ; mulier irata et aulici assentatores Blemmydam criminantur, imperator seipsum damnat et culpam suam deplorat : 169/174 ; 8.) Michael Nothus, Thessaliae et Aetoliae princeps, quattuor filiorum pater, Mariam, imperatoris neptem, sponsam ambit filio suo Nicephoro ; sponsalium celebratio ; idem statim rupto foedere urbibus Thraciae imminet ; imperator exercitum cogit, urbes adventu suo alias confirmat, alias recuperat ; foedus cum Michaele renovatum, despotae dignitas ei concessa, item eius filio ob affinitatem ; Michael Palaeologus affectati imperii accusatur ; purgat se iureiurando ; milites in hiberna dimissi ; imperator in Asiam reversus morbo corripitur, aegrotat annum integrum, mor tur, sepelitur, ubi, qua aetate, quo imperii, anno ; aetas Theodori, filii eius : 173/178 ; **liber III** (ab a. 1254 ad a. 1258) : cap. 1 : Theodorus Lascaris patri succedit ; cur vivo patre non imperator designatus ; totius populi suffragiis creatur ; mortuo Germano de patriarcha eligendo deliberatur ; Nicephorus Blemmydes, omnium dignissimus, oblatum honorem recusat ; Arsenius eligitur, eius elogium, princeps electionem ratam habet ; a novo patriarcha inungitur ; Bulgarus et Thessalus in Thraciam irrumpunt ; imperator foedus cum Turcis renovat, Hellespontum traicit cum magno exercitu ; venationis ministri in militum numerum relati ; Bulgarus viribus Romanis impar ablata restituit et pacem impetrat ; bellum in Thessaliam transfertur ; Theodora, Michaelis uxor, imperatori occurrit ; reconciliata gratia, Mariam, filii sui sponsam, secum abducit : 177/184 ; 2.) Michael Palaeologus, Nicaeae praefectus, ad Turcos fugit ; fugae causa ; Iconii sultanus eum legioni Romanae praeficit ; Scythis opponit ; sultani cognatus ad hostes transit ; Turci vincuntur ; Palaeologus rogatu imperatoris in aulam redit ; iusiurandum praestat ; Conostauli dignitatem recipit ; res Bulgaricae ; Asanis obitus ; eius successor Mytzes mollis et ignavus ; Constantinus Toechus regni sedem obsidet ; Mytzes in Asiam fugit ; Mesembriam imperatori tradit ; annuos reditus et praedia ab eo obtinet ; Toechus per legatos Theodoram, imperatoris filiam, uxorem ambit ; voti compos priorem coniugem repudiat et fidei obsidem dat ; imperator aegrotus ; monasticum habitum paulo ante mortem induit ; peccata expiat, moritur : 183/190 ; 3.) Georgius Muzalo, homo novus, quomodo in aulam irrepserit ; Theodoro iuniori pergratus, protovestiarii dignitate ornatur, uxorem ducit cognatam imperatoris, cum patriarcha Arsenio tutor testamento datur Ioanni Lascari ; imperatoris filiae quattuor, filius unicus ; iusiurandum pupillo et tutori bis praestitum ; nobiles aegre ferunt praelatum sibi Muzalonem, qui proceres convocat ; tutela et rerum administratione vult se abdicare, prohibetur, novum iusiurandum exigit ; nobilium invidia, tumultus in exercitu ; novendiale sacrum ; Muzalonis et duorum eius fratrum caedes in templo perpetrata ; mulierum, sacerdotum aliorumque trepidatio ; Arsenius patriarcha anxius et consilii inops, vir simplex et sanctus administrandae reipublicae minime aptus, inita cum nobilibus deliberatione male omnino saluti pupilli consulit : 189/196 ; 4.) Michael Palaeologus ob eximias corporis et animi dotes omnibus gratus ; variis praesagiis imperio destinatur ; generis nobilitas, avi et patris dignitates, fisci claves a patriarcha accipit, largitionibus animos nobilium sibi mancipat, item militum et concionatorum ; his auctoribus ipso patriarcha assentiente imperii administrationem suscipit, donec haeres legitimus adolescat ; despotae titulo ornatur : 195/200 ; 5.) Michael Angelus Macedoniam et Thraciam invadere statuit ; exercitum cogit ; socios sibi asciscit generos suos, Peloponnesi principem et Manfredum, Siciliae regem ; hi provincias nondum subactas sorte dividunt ; Ioannes sebastocrator, Michaelis Palaeologi pater, illis opponitur ; viros principes secum ducit ; Thraciae et Macedoniae legiones sibi adiungit ; proxime hostes castra metatur ; hostes Bellegradum obsident ; viribus suis nimium confidunt ; Romanum exercitum contemnunt, militum numero imparem, sed divina ope subnixum ; Michael Angelus per transfugam decipitur, proditum se a sociis putat, eos noctu deserit ; socii cognito Michaelis discessu ipsi se proditos putant, turbati et trepidantes a Romanis caeduntur, princeps Peloponnesi capitur, rex Siciliae cum paucis elabitur fuga : 199/204 ; **liber IV** (ab a. 1269 ad a. 1282) : cap. 1 : Michael Palaeologus imperator salutatur ; Arsenius moleste fert ; novum iusiurandum ab eo exigit, eidem diadema imponit ; quibus conditionibus ; victoriae Macedoniae nuntius, honores victoribus delati, princeps Peloponnesi captum se redimit ; urbes ab eo datae, quibus Constantinus sebastocrator praeficitur ; Latinorum Peloponnesiorum clades ; Arsenius secedit, cur ; Nicephorus ei subrogatur ; Palaeologus Galatam frustra obsidet ; Byzantium praesidiis cingit, unde Latinorum inopia ; idem Nicaenam redit ; Scythae Syriam et Arabiam occupant, in Asiam, quae est cis Euphraten irrumpunt, Turcici imperii sedem occupant, sultanus Azatines Palaeologum supplex adit : 205/212 ; 2.) Michael Aetolus pacem rumpit, Caesar Strategopulus contra eum mittitur, paucos secum milites ducit, Byzantinos iubetur transeundo lacessere ; ubi primum castra metatus ; quos homines obvios habuerit ; de divina providentia ; Lati-

norum vires exiguae, Daphnusia ab iis obsessa, Byzantii recuperandi ratio inita cum proditoribus ; Caesar in urbem noctu intromittitur ; domorum incendia ; Latinorum, qui Byzantii imperarunt, enumeratio ; Balduini conatus irritus, fuga ; classis, quae Daphnusiam obsidebat, Byzantium redit ; Latinos fugientes excipit, in Italiam vela dat ; Michael Palaeologus recuperatae urbis nuntio quemadmodum affectus ; ut per portam auream intraverit, ut imago Deiparae Hodegetriae antelata sit ; urbis adspectus ruinis deformatus ; Latinorum incuria ; imperator urbem instaurat ; Arsenius iterum patriarcha ; Alexii Caesaris triumphus : 211/220 ; 3.) De humana felicitate, quam fluxa sit ; Philippi Macedonis apophthegma ; Caesari malus genius invidet ; Michael Aetolus Romanos fines vastat ; Caesarem vincit et vivum capit ; rerum humanarum vices : Cyrus, Hannibal, Pompeius ; Caesar cum sorore Manfredi, regis Siciliae, permutatur ; Byzantium redit ; Michael Aetolus affinitatem iungit cum imperatore : 221/224 ; 4). Palaeologus stabilit potestatem suam ; Theodori Lascaris filias nuptum collocat, quibus maritis ; Ioannem, earum fratrem, excaecat ; quis inter haec sensus Arsenio fuerit ; quomodo Palaeologo sacris interdixerit ; Palaeologus veniam sceleris petit, non auditur ; concilium indicit adversus patriarcham ; pontifices fraternae charitatis expertes ; crimen Arsenio obiectum ; de Azatine Turco ; patriarcha iudicio se non sistit, damnatur ut contumax, Germanus ei succedit ; quaenam eius merita erga Palaeologum fuerint : 223/228 ; 5.) Icarius ab Euboeae principe deficit ; confirmatis viribus socitatem init cum Palaeologo, Euboeam subacturum se promittit ; Euboeae princeps in insidias delapsus capitur et ad imperatorem perducitur, quomodo subito exspiraverit ; Veneti et Pisani opifices Galatam transferuntur, item Genuenses ; iisdem immunitas concessa ; eorum magistratus ; Balduini filius Caroli regis filiam uxorem ducit ; Palaeologus maxima classe instructa eius spes frustratur, insulas recuperat ; Michael Aetolus denuo fidem frangit ; Palaeologus ei bellum infert ; viso cometa terretur ; imminentem Scytharum irruptionem timet ; domum redit : 227/237 ; 6.) Ioannis excaecati soror maritum suum Constantinum Bulgarum adversus Palaeologum stimulat ; Azatines Turcus eundem promissis sollicitat ; Scythicus exercitus accitu Constantini in Thraciam irrumpit, Palaeologus triremes duas nactus fuga elabitur ; Scythae Azatinen liberant ; praeda onusti discedunt, Thraciae vastitas ; de Azatinae uxore, liberis, pecunia et comitibus quid actum sit : 233/236 ; 7.) Legatio ab Aegypti et Arabiae sultano ad Palaeologum ; navigatio per Bosporum Aegyptiis mercatoribus temere concessa ; Aegyptii effeminati et imbelles ; militibus e Scythia ascitis Africam et Libyam domant ; Gallos Phoenicia et Syria exterminant ; digressio ; Galliae limites ; Galli sanctum sepulcrum vindicaturi in Syriam proficiscuntur, Danubii oram legunt, in Thracia castra metantur, eorum legatio ad Alexium Comnenum de commeatu et de traiciendo Hellesponto ; pactum cum eodem de Turcis Romano solo expellendis ; Galliae copiae Romanis iunctae magnam Asiae partem subigunt ; urbibus Alexius, Galli omni praeda potiuntur ; Cilices transitum Christiano exercitui dant ; Syriam et Phoeniciam ingressuris Arabes obsistunt ; Galli commeatu interclusi bellum gerunt ; hostibus debellatis domicilium in Syria constituunt ; voti obliviscuntur ; finis disgressionis ; Aegyptiorum Arabum imperium latissime patens : 235/244 ; 8.) Germanus cur patriarchatum abdicaverit ; Iosephus eius successor, quis, unde, quo ingenio,, qua doctrina ; Michaelem Palaeologum periurii et crudelitatis quomodo absolverit ; solis defectus futura a Turcis mala portendit ; quae et quanta sit vis astrorum ; Andronicus uxorem ducit Annam, imperii insignibus ornatur ; iusiurandum quibus praestiterit, a quibus acceperit ; eius nomen edictis subscriptum ; qua formula : 243/248 ; 9.) Michaelis Aetoli obitus ; quattuor liberi, haereditas duobus divisa ; natu minimis quomodo consultum ; eorum fuga ad imperatorem ; Ioannes sebastocrator, Thessaliae princeps, Romanas provincias populatur ; Ioannes despota cum magno exercitu Thessaliam ingreditur ; sebastocratoris trepidatio ; militum Romanorum sacrilegia, sebastocrator multa oppida amittit ; Novarum Patrarum moenibus se defendit, fessus longa obsidione clam exire statuit ; consilium uni tantum homini indicat ; noctu per funem demissus Romana castra pervadit ; Athenarum ducem adit, a quo delectos milites quingentos accipit ; in Romanos necopinantes impetum facit ; Ioannes despota obsidionem deserit ; oppidani cum sebastocratore Romana castra diripiunt, instant fugientibus, spoliis contenti caede abstinent ; mos vetus ; milites Romani quonam se ex fuga receperint ; urbs Sicyon cur Demetrias dicta : 247/256 ; 10.) De sinu Pelasgico ; imperatoria classis insulas a Latinis occupatas vexat ; Cretensium et Euboeensium classis ; naves Romanas in sinu Pelasgico stantes paene opprimit ; proelium navale, navium moles, forma apparatus ; Philanthropenus, Romanae classis praefectus, suos adhortatur ; pugnae exitus ; Romani fugiunt ; Ioannes despota recens a terrestri clade pugnam instaurat ; hostes in fugam vertit ; insignia despotica cur numquam deinceps gestaverit : 255/260 ; **liber V** (ab anno 1259 ad a. 1282) ; cap. 1 : Foedus a Balduino initum cum Carolo, rege Italiae ; pactum de Constantinopoli recuperanda ; Caroli ambitio, prudentia, bellica virtus ; quid illum impulerit ad bellum Palaeologo inferendum ; belli apparatus, copiae terrestres, classis ; Palaeologus Byzantium munit ; Siciliae regem et Venetos in Carolum concitat ; Artaxerxae stra-

tegema ; Carolus incepto non desistit ; Paleologus legatos ad papam mittit, per quos de avertendo Carolo et de ecclesiarum concordia agit : 259/264 ; 2.) Palaeologi legatio benigne auditur a Romano pontifice ; initur concordia, quibus conditionibus ; Iosephus patriarcha concordiam improbat, secedit ; sacerdotes et magistratus non pauci imperatori adversantur ; imperatoris blanda et artificiosa oratio, eiusdem severitas in contumaces ; paucorum zelus et constantia ; vulgus imperitum passim dispersum ; sectae duae ; fanaticorum hariolationes ; Vecchi chartophylacis elogium ; concordiam ipse quoque repudiat ; imperatorem et ceteros eruditos facile refellit ; ingenio et eloquentia longe omnibus praestat, in carcerem cum omni fere cognatione conicitur ; Blemmydae libros pro Latino dogmate scriptos accurate legit ; confert cum scriptis Ss. Patrum ; sententiam mutat ; creatur patriarcha ; imperatori egregiam operam navat ; quos adiutores habuerit ; liturgia semel cum Latinis celebrata ; ubi et a quibus et quonam casu :263/270 ; 3.) Anna et Maria, imperatoris neptes ex sorore, quibus maritis nupserint ; Lachanas Bulgarus latrociniis ditescit ; exercitum cogit ; Constantinum Toechum vincit et occidit ; eius regnum et uxorem accipit ; oppidis Romanis imminet ; Palaeologus eum antevertere statuit ; Ioanni Asani, legitimo Bulgarici regni haeredi, filiam suam Irenen despondet ; eundem cum magnis copiis in Bulgariam mittit ; Lachanus Palaeologi dolo occiditur ; Asan regnat, Constantini Toechi uxor et filius expelluntur ; Terteres Bulgarus Asani socero exitium machinatur, eum regno spoliat ; Asan Byzantium aufugit : 271/274 ; 4.) Genuenses Galataei insolescunt ; Palaeologus ob unius civis Byzantini caedem minatur iis extrema ; quomodo veniam impetraverint ; eorundem triremes duae piraticae insalutato imperatore Constantinopolin praetervehuntur ; earum reditum imperator exspectat ; Genuenses conantur evadere, cum imperatoriis navibus confligunt ; vincuntur, Latinorum fastus imminutus : 273/278 ; 5.) Azatinae sultani obitus, Melecus, eius filius, paternum imperium repetit ; ab Amurio satrapa vincitur ; domum reversus occiditur ; Turci quomodo latrocinari coeperint ; Romanas provincias populantur ; adversus Scythas infirmi, adversus Romanos validissimi ; Palaeologus iis magnum exercitum opponit ; duces praeficit incautos ; Turci praeparatis insidiis proelium ineunt suo more, terga vertunt, Romanos in insidiis pertractos circumveniunt et opprimunt ; ad Sangarium usque praedabundi excurrunt ; Palaeologus munita Sangarii ripa, Bithyniam tutatur ; copiae eius terrestres et navales aliis bellis distractae ; Turci Asianis provinciis occupatis grassantur ; lamentatio rhetorica ; praedae partitio ; sorores duae in mutuo complexu exspirant ; Andronicus iussu patris Tralles instaurat ; eadem urbs quadriennio post Turcis dedita ; oraculum de Trallibus et de Andronico multis suspectum ; eventu comprobatur ; Attalus Troianus Trallium conditor ; unde urbis nomen : 277/288 ; 6.) Carolus rex et Palaeologus imperator diversis artibus pares sibi invicem officiunt ; providentia divina ; Carolus hostis perpetuus Palaeologi, sed irrito semper conatu ; Byzantinos terra marique aggreditur ; Rosonsules terrestribus copiis praefectus Ionium traicit ; quo consilio ; qua spe ; Palaeologus Fredricum, Siciliae regem, in Carolum armat ; eo astu classem Caroli in Siciliam avertit, publicis precibus indictis exercitum cogit ; Italorum militaris disciplina ; ut suo fastu sibi nocuerint ; dolis et levibus pugnis lacessantur ; Rosonsules Bellegradum obsidere pergit ; cum paucis progreditur ad aquatores defendendos ; Byzantini eum circumveniunt, reliquas eius copias opprimunt ; Carolus male adversus Siculos rem gerit, filium amittit, maerore confectus moritur : 287/294 ; 7.) Ioannes Trapezuntis imperator Byzantium venit ; Eudociam, Palaeologi filiam, uxorem ducit, unde natus Alexius Ioannis successor ; Ioannes sebastocrator fidem rursus frangit ; Palaeologus legatos mittit ad Nogam Scytham, affinem suum ; auxilia ab eo accipit ; Thessaliae exitio imminet, subito morbo correptus non potest destinata exsequi ; audito locorum nomine reminiscitur oraculi ; dolet, quod aenigmate deceptus oculos viro insonti effoderit ; digressio de oraculis : quis eorum auctor ; cur ambigua et obscura ; quaenam cavenda ; quo anno mundi Palaeologus obierit, quo aetatis ; eius cadaver neglectum et fortuito humatum ; eius dotes eximiae ; conscientia, caritas erga liberos nimia ; quantum cuique liceat sui ipsius et liberorum causa ; Palaeologus suorum amore ius omne violavit ; scelerum fructus : 293/302 ; **liber VI** (ab anno 1282 ad a. 1328) : cap. 1 : Andronicus patri succedit ; imperii initia turbulenta ; Scythae auxiliares quomodo dimissi ; Michael Glabas ; corpus imperatoris quo translatum, luctus indictus ; res ecclesiasticae, exsules domum redeunt ; Veccus clam secedit ; Iosephus iterum patriarcha ; diaboli principatus et vectigalia ; tres in ecclesia Graeca factiones ; Iosephus iterum patriarcha cedit ; imperatoris aequitas ; factiosi Atramyttium conveniunt ; moritur Iosephus ; Gregorii Cyprii eloquentia ; quomodo patriarcha designatus sit, cur dilata consecratio ; Cozylenus antistes Debreno praelatus ; Heracleensem inaugurat ; hic novo patriarchae manus imponit ; lex Severi imperatoris ; Constantinus Magnus concessa urbibus privilegia non abrogavit ; zelotae cur Gregorium Cyprium suspectum habuerint ; eorum crudelitas, ambitio, avaritia ; synodus Atramyttena ; iudicium de libris igni permissum ; ignis neutri favet ; concordia redintegrata ; patriarchae auctoritas stabilita ; Arseniatarum postulatio ; corpus Arsenii in Sophiae templo deponitur ; quonam

deinde translatum ; de Theodora, Eulogiae filia : 301/314 ; 2.) Andronicus viduus ab Hispanorum rege uxorem petit ; Irene ei datur, idque inconsulto papa ; mos vetus Latinorum principum ; Irenes elogium ; Gregorius Cyprius Vecco invidet ; eum relegari curat ; Vecci querelae, synodus ; Vecci eloquentia ; Gregorius patriarcha et Muzalo, magnus logotheta, eum refellunt, Muzalonis auctoritas, insigne dignitatis ; Veccus disputando nihil proficit ; communionem adversariorum repudiat ; in exsilium denuo mittitur cum Meliteniota et Metochite ; crudelitas zelotarum in eos, qui Latinae Ecclesiae adhaeserant ; iusta crudelitatis poena ; Andronicus paterni sceleris vindictam timet ; Lascarim caecum invisit et solatur ; in orientem abit : 313/322 ; 3.) Quinam Andronico auctores fuerint, ne sumptum faceret in classem ; quam funestum id consilium rei Romanae ; Latinorum vires ex eo auctae ; piraticarum navium audacia ; Gasmulica turba ob inopiam dispersa ; neglectae triremes multae pereunt ; paucae incolumes servatae : 321/326 ; 4.) Gregorius Cyprius Vecco supplici opem negat ; iusto Dei iudicio punitur, accusatur a suis ut blasphemus ; ab amicis ingratis proditur ; idem ei accidit, quod olim Iulio Caesari ; omni praesidio destitutus secedit in monasterium Hodegetriae ; inde in aliud transit, a muliere nobili evocatus ; moritur ; Chilas et Daniel, eius accusatores, animi ingrati dant poenas ; accusantur a carissimis ; imperator eos aversatur ; contemnuntur a collegis ; vitam in urbe finiunt maerore confecti : 325/330 ; 5.) Gregorio Cyprio succedit Athanasius, vir illitteratus et austeris moribus ; clericos castigat ; nec pontificibus parcit ; Gregorius Cyprius viros doctos et eruditos ecclesiis praefecit ; iis Athanasius residendi necessitatem imponit ; ipsos principes censurae metu continet ; quas res monachis interdixerit ; de equitatione quid statuerit ; in monachos hypocritas severe animadvertit ; item in fanaticos ; poenae impositae ; Athanasii constitutiones non diu vigebant ; mos antiquus interpretandi publice S. Scripturas, item praedicandi verbum divinum, uterque mos novissime abrogatus ; status Ecclesiae in peius mutatae ; morum depravatio, iurandi licentia, rationis et doctrinae lux exstincta ; cur ecclesiam Graecam desolari oportuerit ; mirum eam cladem in Athanasii tempora incidisse : 329/340 ; 6.) Andronicus Constantinum Porphyrogennetum fratrem suspectum habet ; prima simultatis causa, secunda, tertia ; priores duae prorsus iniquae ; tertia paulo iustior ; Cyrus iunior cur fratrem in se armaverit, cur Augustum Antonius ; Porphyrogennetus uxorem ducit ; Studii monasterium instaurat ; Andronicus in Asiam transit, Porphryogennetum in carcerem conicit, item eius amicos : 341/346 ; 7.) Tumultus publicus contra Athanasium : irarum causa ; Athanasius secedit ; de excommunicationis sententia manu eius clanculum scripta ; ut a pueris inventa sit ; quos motus excitaverit ; Athanasii fama imminuta ; ut is apud imperatorem se excusaverit ; veniam dat et petit ; de Ioanne Sozovolitano ; eo patriarcha monachi improbi respirant ; Michael, Andronici filius, diademate coronatur : 345/350 ; 7.) Italus et Armenus affinitatem imperatoris per legatos ambiunt ; Italus cur non auditus ; Metochites et Glycys qui et quales viri ; eunt in insulam Cyprum legati de affinitate ; re infecta in Armeniam proficiscuntur ; suum illud iter Glycys descripsit ; Maria, regis Armeniae soror, Byzantium abducitur ; Turci Romanos fines populantur ; Philanthropenus et Libadarius in Asiam mittuntur ; eorum elogium ; Philanthropeno omnia prospere succedunt ; multi ad eum se adiungunt ; Libadarius eum suspectum habet ; Cretenses transfugae eum hortantur ad defectionem ; Philanthropenus haesitat ; consentit ; imperii insignia non admittit ; eius defectio nuntiatur Libadario et imperatori ; Philanthropenus imprudens Libadarium imparatum omittit ; Theodorum, imperatoris fratrem, invadit ; Libadarius pecuniam et milites cogit ; in Lydia castra metatur ; Cretenses pecunia corrupti Philanthropenum ei vinctum tradunt ; Libadarius capto insultat, visum ei adimit, notatur ut insolens et crudelis : 349/360 ; 9.) Terrae motus, multae aedes labefactae ; Michaelis archangeli statua deiecta ; quis illam primum erexerit ; quis lapsam restituerit ; moritur Ioannes, Trapezuntis imperator ; Alexius filius ei succedit ; Eudocia vidua Byzantium venit ; Crali nubere recusat ; Cralis inconstantia erga uxores ; imperator filiam suam Simonidem ei despondit ; Thessalonicam conveniunt ; Porphyrogennetus fratrem vinctus sequitur ; obsides dati a Crale ; de Sphendostlavi sorore et de Cutrule ; Simonis quinquennis a sponso quadragenario abducitur : 359/362 ; 10.) Alani a Scythis subacti legatos mittunt ad imperatorem ; eorum postulata et promissa ; Andronicus Romanis diffisus ; ad auxilia externa se convertit, quanto rei Romanae damno ; Alani cum uxoribus et liberis admissi ; acerbis exactionibus occasionem praebent ; in Asiam transeunt Michaelis imperatoris ductu ; circa Magnesiam castra metantur ; Turci eos observant ; inordinatos adoriuntur ; in fugam vertunt ; imperator recipit se in urbem Magnesiam ; Alani Christianorum agros populantur ; Turci usque ad oram Lesbi progrediuntur : 361/366 ; 11.) Veneti a Genuensibus sae pius victi magnam classem instruunt ; Genuenses Galataei ut sibi et rebus suis consuluerint ; eorum domus et naves vacuae incenduntur ; Byzantini ob incensa suburbia in Venetos saeviunt ; Veneti satisfieri sibi ab imperatore postulant, non audiuntur ; Byzantinos ob abiectam rei navalis curam iniuriae expositos despiciunt ; iisdem superbe illudunt ; praeda onusti domum redeunt ; Ioannes patriarcha contemnitur ut simplex et indoctus ; secedit ; in

patriam revertitur : 365/370 ; liber VII (ab anno 1281 ad a. 1328) ; cap. 1 : Provinciae Asianae a Turcis occupantur, earum partitio ; nomina satraparum ; Athanasius imminentem Dei iram praenuntiat ; terrae motus ; imperator Athanasium prae ceteris patriarchatu dignum iudicat ; restituendum censet, plurimi refragantur ; quidam obtemperant ; Athanasius Constantinopolitanae ecclesiae iterum praeficitur ; patriarcha Alexandrinus fabellam imperatori narrans Athanasium notat : 369/376 ; 2.) Italiae rex Siciliae regem imparatum terra marique oppugnat ; variis cladiis per biennium afficit ; Rogerius Catalanus maris et insularum terror ; quas copias secum habuerit ; a Siciliae rege arcessitur ; eius adventu urbes redeunt ad dominum legitimum ; Italiae rex eas armis repetit ; re male gesta discedit, bellum reparat, vincitur, pacem petit et affinitatem : 375/378 ; 3.) Rogeriani milites rebus Siciliae tranquillis incerti, quo se vertant, Byzantium eunt ab Andronico acciti ; Catalani mille, Almugavari totidem ; honores Rogerio delati, item Berengario Eteucae ; Catalani in Asiam missi, hospites et socios vexant ; Philadelphiam obsessam liberant ; episcopi Theolepti virtus ; Asiae recuperandae occasio cur omissa ; Romani et Alani domum redeunt ; Catalani stipendiis fraudati Romanas urbes pervadunt ; eorum crudelitas ; imperator quomodo haec tulerit ; Rogerius ex Asia in Thraciam redit ; iuniorem imperatorem adit ; stipendia persolvi postulat ; obtruncatur : 377/386 ; 4.) Milites Romani occiso Rogerio cum Catalanis debellatum putant ; providentiae decretis non resistendum ; malorum consiliorum malus exitus ; Romanarum cladium causae ; Catalani Calliupolin caesis oppidanis muniunt ; terrae et mari bellum apparant ; mari vincuntur a Genuensibus ; Berengarius monarchus captus, deinde redemptus ; Catalanorum consternatio, omnia ipsis infesta ; tolerandae obsidioni se accingunt ; Turcos auxilio arcessunt, praedas agunt, Michael imperator in eos movet ; Turcopulos et Massagetas secum ducit ; iuxta Apros castra metatur, exercitum instruit ; a Massagetis et Turcopolis deseritur ; turbatam aciem frustra conatur restituere ; in hostes temere invectus vix evadit ; equitis fidelis virtus ; Andronicus filium obiurgat, ut vitae prodigum ; Romanorum fuga et clades, Turcopulorum ad Catalanos transitio, Catalanorum duces inter se dissident, Berengarius occiditur ; Ximenes Byzantium se recipit ; ornatur magni ducis titulo et affinitate imperatoris ; Massagetae in Scythiam transituri a Turcopulis et Catalanis profligantur : 385/398 ; 5.) Imperatrix privignum exosa liberos suos conatur ei exaequare ; mos succedendi apud Latinos principes receptus ; Andronici uxores duae, liberi sex ; Andronicus uxoris petitioni refragatur, haec virum fastidiis ulciscitur, unde dissidium ; Irene Thessalonicen recedit, maritum traducit ; mulierum impudentia ; Andronici lenitas ; Irene filio suo Theodoro uxorem quaerit ; conditione ab Athenarum duce repudiata ad Spinulam itur ; Latini nobiles imperatorum Byzantinorum affinitatem vix dignantur ; Irenes genus ; marchiorum dignitas ; digressio de dignitatum titulis ; marchionum Longobardorum provincia ; Theodorus eo mittitur ; multas opes secum transfert ; Ioannes, alter Irenes filius, Nicephori Chumni filiam uxorem accipit ; sine liberis decedit ; Irenes profusa liberalitas erga Cralem generum ; spes delusae ; Cralis uxor cur sterilis ; Crales Irene urgente successorem sibi designat ; primo Demetrium, deinde Theodorum marchionem, uxoris suae fratres ; neuter in Triballia asuescit : 397/410 ; 6.) Catalani Thraciam vastant ; locum quaerunt, in quo consistant ; quantae eorum copiae fuerint ; in Macedonia apud Cassandriam hibernant, urbibus Macedonicis, praecipue Thessalonicae imminent ; Andronicus Christopolitanas angustias munit, milites conscribi curat, qui urbes defendant ; hostes commeatu destituti reditum in Thraciam parant, audiunt praeclusum sibi iter, in magno metu versantur, Thessaliam petunt, iuxta Olympum castra metantur, agros finitimos populantur ; qui et quot Turci fuerint in exercitu Catalanorum, quos duces habuerint ; ut in itinere Thessalico praedam partiti discesserint a Catalanis : 409/416 ; 7.) Catalani Turcis dimissis in Thessaliam irrumpunt ; principum sebastocratorum haeres ultimus morti vicinus ; eius uxor, liberi ex ea nulli ; Thessali Catalanos sibi conciliare amicitia statuunt ; Catalani Thessalorum pecuniam et societatem incertae spei praeferunt ; superatis Thermopylis iuxta Cephissum castra ponunt ; Cephissi cursus ; Athenarum princeps Catalanis transitum negat et eos contemnit ; Catalanorum vires ; callidum strategema ; Atheniensium numerosus exercitus in limum impingit ; internecione deletur ; Catalani Thebas et Athenas capiunt ; in iis locis considunt : 415/424 ; 8.) Turci relictis Catalanis suos duces sequuntur ; Melecus recipit se ad Cralem, Chalel in Macedonia subsistit ; pacem offert Romanis, pacis condiciones, magnus stratopedarcha Turcos ad Hellespontum perducit ; Romani fidem violant, Turci castellum occupant ; auxilia arcessunt ; regionem vastant ; Michael imperator ad eos debellandos evocatur ; militum rusticanorum temeritas ; Romanorum socordia ; barbari sibi et rebus suis optime consulunt ; vexillum imperatorium aggrediuntur ; imperator a militibus destituitur ; flebilis et invitus discedit ; duces resistunt ; ab hostibus capiuntur ; imperii insignia direpta et ludibrio habita : 423/428 ; 9.) Athanasii patriarchae altera secessio ; causa secessionis ; Nipho in eius locum succedit, vir illitteratus ; eius studia et malae artes ; uno hoc laudandus, quod Arseniatas ad communionem admiserit ; Arseniatarum petitiones ; quinam ex his schisma renovaverint : 427/

434 ; 10.) Turci Thraciam vastant ; imperator mercenarios milites acquirere statuit ; fisci inopia ; petitum a Crale auxilium ; Philes Palaeologus Turcicum sibi bellum deposcit ; eius elogium ; ab Andronico ob innocentiam vitae laudatus postulata impetrat ; militum animos sibi mancipat ; hostium consiliis per exploratores cognitis legiones educit ; apud Xerogypsum fluvium castra ponit ; Turcorum adventus, pugnae apparatus ; quomodo Philes aciem inclinatam restituerit ; barbarorum strages ; Romani instant fugientibus ; in Chersoneso castra metantur ; imperatoriae triremes Hellespontum obstruunt ; auxilia Romanis a Crale et a Latinis missa ; Turcici praesidii oppugnatio, Latinorum machinae ; barbari nocturnis eruptionibus frustra tentatis spem salutis abiciunt ; se et sua omnia Latinis dedunt ; multi per noctem a Romanis intercepti et trucidati ; de ceteris quid a Latinis actum sit : 433/442 ; 11.) Niphoni ob sacrilegia expulso Ioannes Glycys laicus in patriarchatum succedit ; eius elogium ; cur habitum monasticum non induerit ; Gregoras iuvenis, eloquentiae studiosus, Glyceos auditor assiduus ; Theodori Metochitae auctoritas ; filia Ioanni panhypersebasto nupta ; laus Metochitae, animi et corporis dotes ; summa eruditio, dicendi genus ; quomodo litterarum studium cum reipublicae administratione coniunxerit : 441/446 ; 12.) Irenes imperatricis obitus et sepultura ; de eius pecuniis quid actum sit ; S. Sophiae templum ruinam minatur ; duabus pyramidibus exstructis fulcitur ; Andronicus mavult vetera aedificia restaurare quam nova exstruere ; eius modestia laudatur ; templa ab eo instaurata ; eiusdem opera alia publica ; de columna, statua et cruce in vestibulo templi S. Sophiae erectis ; crux delecta reponitur, cetera longo tempore labefacta renovantur ; statuae dimensio, item crucis et globi : 445/454 ; 13.) Andronico iuniori uxor datur Irene Alemanna ; Michael imperator Thessalonicen abit ; abeundi causa ; ibidem moritur ; oraculum de eius morte ; de rebus Thessalicis repetuntur ea, quae iam dicta sunt ; Ioannis Ducae sine liberis defuncti provinciae et urbes distractae ; quaedam Romano imperio adiectae ; ceteris poenae a synodo frustra indictae : 453/456 ; **liber VIII** (ab anno 1282 ad a. 1328) : cap. 1 : Michaelis imperatoris filiae duae quos maritos habuerint ; eiusdem filii duo ; avus Andronicum ceteris omnibus praefert ; eum apud se educat ; Andronici iunioris mores, consilia, ambitio ; meretricem amat, rivali insidias struit, Manuel frater pro rivali occiditur, patris tristitia, morbus, obitus ; avi maeror ; de urbe Genua, ubi sita ; Guelforum et Gibellinorum factiones, earum propagatio ; Cralaena ad maritum redire cunctatur ; Cralis minae ; mulier ad virum redire iussa cucullum induit ; Constantinus frater cucullo discisso Triballis abducendam tradit : 455/464 ; 2.) Glycys patriarcha morbo ingravescente in monasterium secedit ; minime avarus adeoque parum dives ; Gregoram arcessit, cui ultimam voluntatem dictet ; patriarchae testamentum ; luculentior narratio ab auctore indicata ; Gerasimus monachus, vir simplex et indoctus, Glyci subrogatur ; quales patriarchae imperatoribus placeant : 463/468 ; 3.) Constantini despotae mater ; prima uxor ; filius ex ancilla susceptus nomine Catharus ; cur a patre neglectus ; Eudociae Palaeologinae elogium ; quomodo Constantino despotae nupserit ; Catharus nothus apud seniorem imperatorem potens ; iunioris Andronici indignatio, irarum causa iustior, populus inusitato sacramento adactus ; Syrgiannes custos nepoti additus ab avo : 467/472 ; 4.) Syrgiannis genus, institutio, virtutes ; provinciae praefectus omnium animos sibi devincit ; mira hominis sollertia ; perfidus et foedifragus populos finitimos vexat ; provinciam ademptam quomodo recuperaverit ; Pincernae dignitate ornatur, rebellat ; comprehenditur, in carcerem coniectus precibus matris restituitur ; iurat se fidelem fore ; iunioris imperatoris iubetur consilia explorare ; senioris consilia iuniori aperit ; oratio, qua istum hortatur ad defectionem ; pactiones et iuramenta ; coniurationis socii tres, Syrgiannes et Cantacuzenus corruptis aulae primoribus provincias Thraciae administrandas obtinent, variis artibus viam defectionis muniunt : 471/480 ; 5.) Avus nepotem iudicio publico reum agere constituit ; Metochita differendum censet, donec geniales dies effluxerint ; equi picti hinnitus ; Metochita de ea re consultus in Chorae monasterio ; eius responsum ; verior interpretatio ; Byzantii columna dies complures agitata ; imperatoris et Metochitae arcanum colloquium, libri fatidici, sortes sinistra auguria, Metochitae stupor et silentium, uxoris et liberorum anxietas ; filiae panhypersebastae elogium ; eiusdem verba ; Metochita oratione filiae excitatus lamentatur ; magnam cladem praedicit ; iterum silet, recumbit ; eius merita erga Gregoram ; ipsius Gregorae officia erga Metochitam et eius liberos ; oratio, qua eum afflictum solatur : 479/490 ; 6.) Imperator pontifices convocat ; nepotem arcessit, qui armatos secum adducit ; paterna obiurgatio ; iusiurandum ultro citroque praestitum ; coniuratorum querelae ; Andronicus iunior pro illis intercedit apud logothetam ; graviter increpatur ; redit ad priora consilia ; avi indignantis exclamatio, anxietas, deliberatio de nepote comprehendendo ; patriarcha commissum sibi arcanum prodit ; nepotis fuga ; providentia Dei ; vires Romanae adversus Turcos infimae ; vectigalia aucta, ut pax auro redimeretur ; publicanorum aviditas ; fisci opulentia, in quos usus reservata ; indulgens Dei severitas ; vicinorum principum obitus ; mors patriarchae ; poenae factiosis ab ecclesia indictae ; populus novo sacramento adactus ; Thraces oblata immunitate allecti iuniorem sequuntur ; in publicanos saeviunt ; Constantinopolin ex-

pugnatum eunt ; legati ab avo ad nepotem missi ; Syrgiannes matris precibus mollitur ; pacta inter avum et nepotem : 489/502 ; 7.) Gregoras Andronici senioris familiaritatem expetit ; philosophiam et astronomiam iam tunc a logotheta edoctus ; qualem hunc initio expertus sit ; oratio, qua hortatus est, ut philosophiae et astronomiae praecepta plenius sibi traderet ; quantum ea oratio apud logothetam valuerit : 501/508 ; 8.) Aula studiis bonarum artium floret sub Andronico seniore ; idcirco huius familiaritas aGregora expetitur ; de usu cum doctrina coniungendo ; Gregoras benigne ab imperatore exceptus ; orationem apud illum habet ; duas in eo virtutes, sapientiam et eloquentiam, laudat ; panegyricum voto concludit : 507/520 ; 9.) Senioris Andronici benevolentia erga Gregoram, unde quorundam invidia et indignatio ; chartophylacis dignitas eidem oblata ; cur eam repudiaverit ; oratio, quam de ea re apud imperatorem habuit ; repudianti vis paene illata : 519/530 ; 10.) Funambuli aliique Aegyptii circulatores multis regionibus pererratis Byzantium veniunt ; eorum artes ; Gades usque penetrant ; Turci classibus tunc primum constructis maria et terras infestant ; fisci inopia ; 529/534 ; 11.) Syrgiannes ab Andronico iuniore neglectus clam cum seniore agit ; mutatae sententiae speciosam causam affert ; seniori optatissimus fide data et accepta Byzantium ingreditur ; eius rei nuntio quinam laetati sint ; iunior prope urbem castra ponit ; audita Syrgiannis excursione territus fugit ; Constantinus despota Thessalonicen proficiscitur sinistris ominibus ; iunioris imperatoris matre Byzantium missa exercitum per Christopolitanas angustias traducit ; iunior Synadenum Syrgianni opponit ; despotam edictis terret ; rumores spargit de avi nece ; despota Thessalonicen se recipit ; cives factiosos comprehendère iubetur ; seditione ab illis excitata cogitur cucullum induere ; iuniori Andronico traditus vix mortem effugit ; Didymotichi in teterrimum carcerem conicitur ; inde tandem in alium tolerabiliorem transfertur ; senior consulto psalterio pacem spectat ; iunior, et ipse pacis cupidus, cum matre deliberat ; imperatorum colloquium et reconciliatio ; iunioris mater et amita ubinam inter haec diversatae sint : 533/542 ; 12.) Esaias, vir simplex et indoctus, multorum criminum accusatus favente imperatore creatur patriarcha, favoris iniusti merces ; Esaiae opera ; Philanthropenus in pristinum gratiae locum restituitur ; eius elogium ; Turci Philadelphiam obsident, audito Philanthropeni adventu arma ultro abiciunt ; cur illum reveriti ; maxima frumenti copia in urbem liberatam invecta ; Syrgiannis imperatorum concordia minime laetus ; Asanis Andronici fidem tentat ; ab eo apud imperatorem delatus in carcerem conicitur ; omnibus bonis multatur : 541/548 ; 13.) Disputatio de Paschate ut primum in palatio nata sit, eam Gregoras cupide amplexus favente imperatore refragantibus frustra adversariis, exponit sententiam suam de die paschali constituendo ; imperator consilium probat ; rem aggredi metuit : 547/560 ; 14.) Andronicus iunior coronatur ; senior equo delectus sinistrum omen ; panhypersebastes Cralis socer ; generi armis adiutus rebellat ; oblata Caesaris dignitate contentus arma ponit ; moritur ; legatio de eius uxore Byzantium reducenda ; Gregoras cum aliis legatus missus ; quae sibi et sociis in itinere acciderint, narrat ; Scythicae incursionis fama ; de Strymone fluvio et quomodo eum legati transierint ; errores, pericula et alii casus ; de Strummitza oppidulo ; Pascha ab oppidanis ritu barbarico celebratum, Scopiorum situs ; de Axio flumine ; Caesarissa a legatis convenitur ; eius mulieris maeror et habitus miserabilis ; Crales audita legatione Caesarissam dimittit ; abeuntem prosequitur, non satis splendide ; barbarorum mores notati ; Caesarissa Thessalonicen abit, ut viro iusta persolvat ; Gregoras acceptis ab ea mandatis Byzantium revertitur : 559/572 ; 15.) Andronicus iunior mortua Irene Alemanna Annam Longobardam uxorem ducit ; cum Turcis naufragis in Chersoneso pugnans vulneratur ; Bithyniae magna pars a Turcis subacta ; Manichaei aliquot insignes abiuratis erroribus baptizantur ; ostenta et prodigia futuram imperii calamitatem portendentia : 571/574 ; **liber IX** (ab anno 1282 ad a. 1328) : cap. 1 : Iunioris factio seniorem e medio tollere statuit ; Michael Bulgarus Venceslai uxore vidua et principatu potitus, per legatos arcessitur a iuniore Andronico, uxoris suae fratre ; Didymotichum venit ; societas adversus seniorem inita ; quibus condicionibus ; nepos avo insidiatur ; pecuniam per viam a publicanis aufert ; Thraciae urbes sibi mancipat ; Byzantium multis comitantibus proficiscitur ; quo praetextu, avus de eius consiliis per transfugam certior factus ; urbis aditu ei interdicit ; multa crimina ei obicit ; litteris ad Cralem et ad Demetrium despotam scriptis copias cogi et urbes praesidiis firmari iubet ; chartaceae litterae interceptae, linteae, quo oportebat, perlatae ; omnium animi in iuniorem propensiores ; senex ab ipso filio Theodoro marchione proditur ; huius socordia, ambitio, vitae genus, religio ; Demetrius despota factiosorum bona diripit ; iunior magnificis promissis multos sibi devincit : 573/584 ; 2.) Nepos duorum alterum petit, ut aut Byzantium ingredi sibi liceat, aut ii ad se mittantur, quibus internuntiis uti possit ; mittuntur ex omnibus ordinibus delecti ; oratione artificiosa se ipsum apud eos commendat ; avum insectatur ; causam rebellionis probabilem adfert ; crimina obiecta diluit ; postulata sua exponit ; eius blanditiis corrupti internuntii Byzantium redeunt ; ei apud omnes aperte patrocinantur : 583/590 ; 3.) Senior suorum perfidia irritatus animum patriarchae explorare statuit ; item aliorum pontificum, oratione coram iis habita rationem affert, cur imperium non ab-

dicet, nepotem notat, poenis ecclesiasticis coercendum censet ; per orationem eius explodit ; sapientissimi quique assentiuntur ; patriarcha cum reliquis dissentit ; in seniorem conspirat ; iunioris nomen sileri in ecclesiis vetat ; adversae factioni sacris interdicit ; senioris dolor et acerba conquestio ; ipse patriarcha sententia canonica damnatus in monasterium Manganorum ablegatur : 589/594 ; 4.) Iunior Andronicus ad Urbis moenia accedit ; ab ingressu contumeliose arcetur ; quidam ex populo operam suam ei promittunt ; navicula conscensa aditus omnes vestigat ; re infecta discedit ; a Thessalonicensibus clam evocatus protostratorem Byzantio insidiari iubet ; Thessalonicen adversariis dissidentibus astu, arcem vi occupat ; Demetrio et aliis ducibus foede dissipatis, Serrhas in deditionem accipit ; ceteris Macedoniae urbibus, item adversariorum liberis, uxoribus et aliis rebus potitur : 593/598 ; 5.) Senior belli pertaesus, inita cum Bulgaro societate animum erigit ; Cralaena filia ab hariolis decepta eundem vana spe implet ; logotheta de se admodum anxius, somnis terretur, suis rebus consulit ; secedit in palatium ; praefecti urbium Macedonicarum a iuniore in carcerem conciuntur ; Demetrii despotae fuga ; protovestiarii exitus miserabilis ; Asam Prosiacum occupat ; ad Cralem se recipit ; Basilicus Nicephorus castellum Melenici munit et tuetur iuniori non dediturus, nisi post mortem senioris ; iunior eius fidem ut remuneratus sit ; Philippi Macedonis apophthegma ; pugna ad Mauropotamum ; senioris copiae vincuntur ; iunior Bulgaros anteverlere et Byzantium ire properat ; tria urbis pericula ; classis Veneta, Genuensibus Galataeis infensa, Ponti fauces obsidet ; plurimas naves onerarias intercipit ; unde fames Byzantii ; Venetorum aequitas et moderatio ; auxilium ab iis iuniori denegatum ; Bulgaricus exercitus, alterum urbis periculum ; iunior urbem ingredi frustra conatur ; senior ab eo exorari non potest ; dux Bulgarorum iuniori reconciliatus copias suas domum reducit : 597/608 ; 6.) Duo urbis custodes cum iuniore agunt de proditione ; aliis custodibus astu circumventis illum noctu intromittunt ; senior bis praemonitus cavendum censet ; magnus logotheta providentiam eius non probat ;imperator valde anxius ; nepotis adventu cognito ad imaginem Dei Matris confugit ; nepos iniuriam avo fieri vetat ; suos, ne victoria abutantur, admonet ; avi supplicatio miserabilis, nepotis humanitas ; patriarcha triumphans reducitur, triumphi pompa immodesta, opulentissimae aedes diripiuntur, in primis domus logothethae ; eius bona omnia aut expilata aut in fiscum redacta, ipse maledictis vexatus ; civiles discordiae iunioris imperatoris prudentia compressae ; Gregoras seniori addictus, calamitatis particeps : 607/616 ; 7.) Niphon seniori cur infensus ; eius male tractandi auctor ; invidus ; ingratus ; Andronicus senior sola imperii insignia retinet ; annuus reditus ei assignatus; logotheta Didymotichum relegatur ; Isaias patriarcha seniori insultat ; episcopis et sacerdotibus poenas irrogat ; Ioannes, Heracleae metropolitanus, Gregorae avunculus, moritur ; eius elogium, plura de eius vita, quam Gregoras a se scriptam testatur : 615/620 ; 8.) Michael Bulgarus bellum Andronico iuniori infert ; legatis ad se missis quid responderit ; utrimque se ad pugnam parant ; imperatrix filio timet ; eum cum Michaele genero reconciliat ; Metochites exsul stranguriae doloribus cruciatur ; senior utroque oculo captus omnibus ludibrio est ; Synadeni inhumanitas ; solus Cantacuzenus fortuna moderate utitur ; eius elogium ; apophthegma ; Syrgiannes fide variis modis sancita e carcere educitur ; annonae copia apud Byzantios : 619/624 ; 9.) Turci, Orchano duce Nicaeam obsident ; imperator in Asiam transit ; quales eius milites fuerint ; Orchanes ei occurrit ; Romani apud Philocrenen castra ponunt ; velitationes, pugna ; Romani caeduntur ; imperatoris vulnus ; Orchanes relictis equitibus trecentis recedit ; imperator Philocrenen ingreditur ; Romanorum consternatio ; praeceps et turpis fuga ; equites trecenti partim castra diripiunt, partim instant fugientibus ; imperator Byzantium redit, Deum offensum putat ; quibusnam delictis ; patriarcha populum absolvit, non item episcopos neque sacerdotes nisi quosdam admodum ; viri quattuor selecti iure dicundo praeficiuntur ; annui reditus iis assignati ; classis imperatoria ; Martinus Chii rector ; eius insulae praefecturam ut adeptus sit ; multis rebus gestis clarus ideoque suspectus ; ab imperatore captus Byzantium vinctus mittitur : 623/632 ; 10.) Iunior aegrotat, morti proximus cucullum petit ; reos carcere educi iubet ; ultimam voluntatem dictat ; uxori et postumo imperium, Cantacuzeno tutelam relinquit ; mater praeteritam se dolet ; Syrgiannem adoptat ; Thessalonicenses sacramento sibi obligat ; Constantino despotae libertas datur et adimitur ; prima nominis littera imperium ei portendere credita ; senior Synadeno instante habitum et nomen invitus commutat ; iunior aquam poscit ex sacro Deiparae fonte, qua capiti inspersa convalescit ; patriarcha senioris calamitate laetus ; ex ipso quaerit, qualem sui mentionem in ecclesia fieri velit ; senior suam sortem deflet ; in patriarcham invehitur ; ad interrogata nihil respondet ; ex magno dolore stupor et silentium ; vetus apophthegma regis Aegyptii ; de senioris nomine in ecclesia commemorando quid patriarcha decreverit ; populi murmur et indignatio ; senior Synadeni minis territus imperium eiurat ; scriptam formulam quomodo consignaverit ; auri nummi antiqui in finibus Persarum inventi ; multi a Latinis mercatoribus in varias oras transmissi ; quanti apud Byzantios aestimati sint : 631/640 ; 11.) Vanae praedictiones ex Italia et Colchide Byzantium afferuntur, Gregoras, amicis instantibus,

eas refellendas suscipit ; epistola, quam de ea re ad amicum scripsit : 639/648 ; 12.) Michael Bulgarus cur bellum Crali intulerit ; imperator in belli societatem ascitus ; in Pelagonia castra metantur ; solis defectus ; Bulgarus Triballorum agros vastat, Crales cum eo confligit ; Gallorum equitum virtute adiutus vincit eum et capit ; Michael vulneratus moritur ; imperator nulla re gesta Byzantium redit ; fortunae inconstantia ; Cralis uxores duae, filius ex prima susceptus rebellat, potitur principatu, Crales a factiosis in carcere suffocatus : 647/652 ; 13.) Bulgaris per interregnum dissidentibus, imperator Mesembriam et alia oppida invadit ; Alexander, Bulgariae principatum adeptus, Romanorum fines vastat ; urbes amissas recipit ; Turci Nicaeam capiunt, imagines, libros et sacras reliquias vendunt Byzantiis ; maritimam Bithyniae oram occupant ; tributarios omnibus modis vexant ; Chorae monasterium a quo conditum, a quibus instauratum ; Metochitae ab exsilio reversi domicilium ; huius aedes quomodo dirutae sint ; de evulso pavimento ; adempta libertas alloquendi senem : 651/656 ; 14.) Varia ostenta ; solis et lunae defectus ; terrae motus ; cruces et columnae deiectae, vox temere emissa, ipso eventu probata ; Gregoras seniorem invisere solitus ; cum eo multum colloquitur ; senior amicis dimissis cibum capit, frigidam potat, subito morbo corripitur, peccata precibus et lacrimis expiat ; sacris mysteriis destitutus, Dei Matris imaginem ori admovet ; exspirat ; liber, in quo imperatorum facta figuris aenigmaticis involuta erant ; oraculum de seniore Andronico explicatur ; corpus eius quonam perlatum ; iusta de more persoluta : 655/660 ; **liber X** (ab anno 1328 ad a. 1341) : cap. 1 : Cralaena, defuncti filia, luctui praeest ; Gregoras ea hortante ad canendam lamentationem prodit, funebris lamentatio, auditores ut ea oratione commoti sint ; principis mortui aetas, forma, mores, eius in summa inopia liberalitas duobus exemplis declarata ; aes alienum post eius mortem repertum ; annus mundi ; aetas nepotis : 661/672 ; 2.) Metochites tribus malis afflictus, habitum monasticum induit ; moritur ; Gregoras lamentandi munus suscipit, monodia seu funebris lamentatio, luctus cognatorum ; breve elogium Metochitae : 671/680 ; 3.) Ioannes Palaeologus nascitur ; Andronicus pater, ea re audita, laetus Didymotichum rediit ; vestem mutat, ludos celebrat ; duo certamina : Iusta et Torneamentum, utrumque periculosum ; imperator utrique se immiscet senioribus frustra reclamantibus ; ludorum missio : 679/682 ; 4.) Imperator bellum infert Alexandro ; Bulgarorum agros vastat ; castella aliqua recuperat ; Alexander pacem per legatos petit ; non impetrat ; quot castella in monte Haemo ab Andronico seniore exstructa aut munita sint ; Alexandri copiae et improvisus adventus, Romanae vires Bulgaris impares ; arietes utrimque instruuntur ; imperator suos hortatur ad pugnam ; cruentum proelium ; Cantacuzenus et Protosebastus irrumpunt ; laborant omni parte, Romani effuse fugiunt ; in castellum proximum vi irrumpunt ; praedia Romana Mesembriae et alibi exterminantur ; cum Alexandro offenso nulla spes pacis componendae, imperator consilii inops spem in Deo collocat, stimulante tamen conscientia ; Alexander misericordia motus pacem ei ultro concedit ; benigna admonitione castigatum dimittit : 681/688 ; 5.) Syrgiannes cur suspectus ; laesae maiestatis accusatur a Zamplacone ; non convincitur ; vades dare non potest ; fugit ; litteris ex Euboea datis veniam petit et locum, in quo cum suis consistat ; aula ei minus tuta ; iusiurandum ab eo oblatum ; non impetrata venia ad Cralem transit ; ei gratissimus advenit ; magna pollicetur : 682/690 ; 6.) Imperatoris mater Thessalonicae moritur ; oratio consolatoria, quam Gregoras apud imperatorem habuit : 689/696 ; 7.) Crales exercitum cogit ; Syrgiannes populorum fidem promissis tentat, nec frustra ; imperatoris anxietas, metus, fiducia ; palatium munit ; patriarcham creat Ioannem Aprenum ; coniugem et liberos ei commendat, in Macedoniam sine exercitu proficiscitur ; Romani ei omnes suspecti praeter Cantacuzenum et paucos domesticos ; hostem dolo aggredi statuit, illustrium virorum exemplo ; Sphrantzes, doli fabricator, fuga simulata ad hostem transit ; in absentem saevitur ; Syrgiannes ab amicis admonitus, fraudem non sentit ; periurus periurio decipitur ; Thessalonicen contendit ; urbes interiectas occupat ; Sphrantzes, Syrgianne deluso, nuntios mittit ad imperatorem ; quid significaverit ; imperator, rebus paene desperatis, fugae subsidia sibi et Sphrantzae providet ; Sphrantzes fingit se Thessalonices moenia exploraturum ire ; cum duobus famulis exit ; Syrgiannes solus sequitur, obtruncatur ; percussores in urbem se recipiunt ; Crales pace facta discedit : 695/702 ; 8.) Latini duo episcopi de ecclesiarum concordia disputatum veniunt ; patriarcha suae et suorum facundiae diffisus Gregoram, quamquam laicum, advocandum censet ; hic primo silentium suadet, deinde patriarcham et selectos episcopos privatim convenit ; orationem coram iis habet, qua sententiam suam fusius exponit ; assentiuntur cum alii, tum Dyrrhachii episcopus ; quis vir et qualis ; Constantinus despota moritur : 701/722 ; **liber XI** (ab anno 1328 ad a. 1341) : Turci Latinos et Romanos terra marique infestant ; Latini principes cum Italiae rege et imperatore agunt de ineunda societate ; imperator pecunias cogit, classem apparat, Latinorum adventum exspectat ; Latini inter se dissidentes eius exspectationem frustrantur ; Rhodii, Phocaeenses et Cycladum rector in imperatorem conspirant ; Mitylenen proditione capiunt ; Catanes Genuita, dux Phocoeensium, eam sibi vindicat ; navium numero sociis superior ; uxorem et liberos Phocaea arcessit ; quonam

iure huic urbi praefuerit ; Genuenses Galataei insolescunt ; eorum opulentia unde creverit ; variis artibus castellum suum amplificant et muniunt ; imperator munitiones eorum incendit, eosdem bellum aperte molientes oppugnare neglegit, ad maiora intentus ; Galataei in summas angustias redacti ferociam exuunt ; pacem impetrant ; imperator Mitylenen proficiscitur, naves quinque hostiles comprehendit et Chium perducit ; interim Catanes Mitylenen munit ; Romani adiunctis sibi Turcis Phocaeam obsident : 723/730 ; 2.) Imperatore absente factiosi quidam res novas in Urbe moliuntur ; eorum conatus compressi Cantacuzenae et imperatoris prudentia ; Latini Phocaeenses longa obsidione fracti ; Rhodiorum interventu pacem impetrant ; pacis conditiones ; imperator Byzantium redit cum omni classe ; quaestionem habet de coniuratis ; eos pro concione convincit ; eius clementia ; orationis exordio lacrimas elicit ; in Demetrium despotam inquiri vetat, Gralaenae amitae reverentia adductus, item Gregorae acclamationibus et applausu delinitus ; solos Asanis filios in custodiam includit eamque minime duram ; Alexius Philanthropenus Lesbum missus Mitylenen astu recuperat ; eius viri elogium : 731/736 ; 3.) Scythae praedabundi Thraciam pervadunt, Turcos praedones opprimunt ; diebus quinquaginta continuis Romanos fines vastant, captivorum ingens numerus ; causa incursionis ; eam cladem eclipses duae praecesserunt ; Basilio, Trapezuntis principi, uxor datur Eudocia, filia imperatoris notha ; Ioannes Aetoliae et Acarnaniae princeps, caeso fratre rerum potitus veneno ab uxore tollitur ; crimina iuratis iudicibus obiecta ; unus absolvitur, poenae ceteris irrogatae : 737/740 ; 4.) Turci Chersonesum et Thraciam incursant, caesi lectissimi, reliqui pace impetrata domum redeunt ; imperator Byzantium reversus ire in Aetoliam parat, oblatum principatum accepturus ; nuntius affertur de futura postridie in Thraciam Turcorum gravi incursione ; Orchanis Turci spes et consilia ; Romani sexaginta Cantacuzeno duce praedatoribus occurrunt ; ipse imperator cum tribus navibus hostilem classem invadit ; ingens barbarorum strages ; ex Romanis ne unus quidem desideratus ; captae hostium naves quattuordecim ; Deus tantae victoriae auctor ; imperator postridie ad fretum Hieri progressus hostes avectos comperit, stadiorum quadraginta quinque iter noctu pedibus emensus Deiparae Hodegetriae templum ingreditur ad agendas gratias : 739/744 ; 5.) Cometa apparet ; qua forma eius ortus, progressus, interitus ; Scythissae erga Thracem et Threissam, quos captivos redemerat, summa aequitas ; iustum Dei iudicium : 743/748 ; 6.) Imperator Epirum invasurus Illyriam vastat ; Turcos auxiliares praeda onustos dimittit ; Epiri principatu potitur ; Nicomedia amissa, Thracia incursionibus Turcicis vexata ; princeps Epiri fuga elabitur ; eius mater Thessalonicae subsistit ; Theodorus Synadenus, Epiro praefectus, principi reverso vinctus traditur : 747/750 ; 7.) Imperatoris filia impubes Alexandri Mysi filio nuptum data ; pax eo pignore firmata ; partus monstrosus ; triennis puer robore virili, anno aetatis quinto moritur ; mortis causa physice explicata ; Genuenses optimatibus urbe exactis unum sibi ducem more Venetorum praeponunt ; cometa ei, qui triennio ante apparuit, similis vultu, at motu diversus ; Turci Thraciam vastant, diu immorantur nullo obsistente : 749/752 ; 8.) Basilius, princeps Trapezuntiorum, obit ; uxor Irene praelatam sibi cognominem meretricem indignata adeoque clandestini facinoris suspecta viro mortuo pellicem foras eicit ; legatis ad patrem Andronicum semel et iterum missis alium sibi maritum petit ; imperatoris absentia, morbus, in Epirum profectio atque utriusque legationis morae ; rumor de Irenes cum magno Trapezuntis domestico consuetudine bellum civile excitat apud Trapezuntios ; Tzanychites et alii multi interempti : 753/756 ; 9.) Acarnaniae urbs primaria obsidetur ab imperatore, cui Cantacuzenus egregiam operam navat, vir magnae indolis, apud milites gratiosissimus ; res eo tempore diversis locis eius prudentia administratae ; coniurati oppressi ; deprehensa Sphrantzis Palaeologi perfidia ; mors istius ; Phocaeam Romani recuperant ; Epirus imperio adiecta ; Epiri princeps Thessalonicen abductus ; Cantacuzenus ipso silentio magnas res gerit ; imperator Byzantium venit, infirma admodum valetudine ; medicis undecumque accitis suo arbitratu vivit ; morbo ingravescente Deiparae Hodegetriae templum petit : 755/760 ; 10.) Barlaamus, advena Italus, non tam Graece quam Latine eruditus, Byzantinos contemnit ; aliis obtrectando gloriam sibi quaerit ; traducitur et exsibilatur ; Gregoras ea de re dialogum scripsit ; dialogi titulus et initium ; fictorum nominum explicatio ; idem Barlaamus monachos Graecos oppugnat ; Palamam pro iis propugnantem haereseos et blasphemiae accusat ; convocata synodo disputatur de sola precatione ; aliarum quaestionum tractatio vel consulto omissa vel dilata ; imperator egregiam orationem habet ; Gregoram absentem desiderat ; causae absentiae ; Barlaamus victus ad suos et patria instituta revertitur : 759/766 ; 11.) Imperator morbo ingravescente monasterium Hodegetriae denuo ingreditur ; in lethargum incidit ; aegre expergefactus medicos arcessit ; ad Gregoram mittit, qui interrogent, an astra amica sint ; moritur ; quo anno mundi, quo die ; vitae et imperii tempus ; lamentandi munus Gregorae impositum ; monodia ab eo recitata ; mores et ingenium principis defuncti ; Romanorum imperatorum instituta neglexit ; aves et canes alebat maximis sumptibus, quem morem Cantacuzenus eo mortuo abolevit ; Deo fretus pericula contempsit ; dignitati suae non satis consule-

bat ; Triclinii imperatorii suggestus eo imperante omnibus patuit ; pileorum et vestium discrimina sustulit ; haec et alia imminentem imperii ruinam portendere credita : 765/776 ; **liber XII** (annus 1341) : cap. 1 : Rerum gestarum fusior narratio pro mittitur ; earum cognitio quem fructum lectoribus allatura sit, divinae iustitiae ratio et summa aequitas ; historia saepius iam celebrata, rursus laudatur ; cum speculo comparatur ; principibus maxime utilis, naturae ipsi praecellens ; scriptoris mores format ; animum varietate delectat ; huius parti initium unde repetendum : 777/784 ; 2.) Cantacuzenus iuniorum principum saluti consulit ; Alexii Apocauci perniciosa consilia, dotes eximiae, genus fortuna, malae artes ; Cantacuzenum hortatur ad capessenda imperii insignia ; eundem calumniatur ; imperatrix Anna tertio luctus die in palatium se recipit ; Apocauco suadente Ioannes patriarcha codicillos profert a defuncto imperatore scriptos ; tutelam et imperii administrationem variis rationibus sibi arrogare conatur : 783/790 ; 3.) Cantacuzenus respondit administratam a se rempublicam etiam vivo imperatore, cum quo semper coniunctissime vixerit ; sua erga illum merita commemorat ; illius erga se benevolentiam et gratiam praedicat ; imperii consortium cur eo imperante repudiaverit ; codicillos a patriarcha prolatos ad aliud tempus pertinere ; tutelam et imperii administrationem ipso iure penes se residere ; reliquum esse, ut filiae suae et imperatoris iunioris nuptiae perficiantur : 789/794 ; 4.) Apocaucus et patriarcha imperatrici persuadent, ut Cantacuzeno omnem auctoritatem abroget ; prudentium coniecturae de Apocauco ; Cantacuzeni potentia et moderatio ; Apocauci vires infirmae, animus perversus, immoderata ambitio ; arx Epibatarum et alia castella ab eo exstructa in quos usus : 793/796 ; 5.) Milites Cantacuzeno palam favent ; in solemni sacramento mentionem eius faciunt ; unus stricto gladio in Apocaucum irruit ; imperatrix cum suis Cantacuzenum supplex orat ; eo conspecto tumultus sedatus ; oratio, qua illa adversariorum improbitatem notat, clementiam et constantiam suam commendat ; Demosthenis dictum a Gregora correctum ; Cantacuzeni et Apocauci diversa instituta, diversi exitus, inceptis convenientes ; Cantacuzenus eo uno damnandus, quod pacem Ecclesiae turbari permiserit : 795/802 ; Apocaucus incepto non desistit ; Cantacuzenum de se optime meritum perdere conatur ; Persarum lex contra ingratos ; cladium Romanarum causae ; Cantacuzenus imperatricem et patriarcham privatim convenit ; oratio, quam apud eos habuit ; imperatrix et patriarcha iusiurandum dant et accipiunt ; Cantacuzenus multa et praeclara meditatur ; pacis bellique consilia ab eo inita ; propensa erga eum voluntas finitimorum populorum : 801/808 ; 7.) Cantacuzenus in Mysos exercitum cogit ; iis sibi reconciliatis Thraciam lustrat et praesidiis munit ; futurus Amurii adventus nuntiatur ; Persicorum satraparum varia fortuna ; Amurius, Lydiae et Ioniae princeps, reliquis potentior, maris imperio potitur ; Cantacuzeni amicus fidelissimus ; eius auctoritatem oppugnatam defensurus magnam classem apparat ; eodem iubente domi remanet ; vetus Romanorum potentia ; eius imago quaedam sub Cantacuzeno oblata ; spes bello civili exstinctae : 807/812 ; 8.) Imperatrix aegrotat ; Apocaucus poenae metu in castellum Epibatarum se recipit ; patriarcha pro eo apud imperatricem agit ; Cantacuzenus Byzantium redit ; patriarchae inconstantiam mollibus verbis castigat ; iusiurandum duplex ab eo accipit horrendis exsecrationibus firmatum ; rursus urbe egreditur ; magnam pecuniae vim et omnis generis vasa exportat ; earum rerum usus. Apocaucus suo castello inclusus Cantacuzeno insultat ; huius responsum : 811/816 ; 9) Apocauci molitiones detectae ; deprehensi diffidentia et fuga ; consilium de invadendo imperio ; arx Epibatarum omnibus rebus ab eo instructa ; imperatoris defuncti iudicium de ea arce et de eius conditore ; Cantacuzenum sero poenitet, quod illius de eo mandatis non paruerit ; patriarchae in Cantacuzenum perfidia ; eiusdem officia erga Apocaucum, quem oblata impunitate ex arce evocat ; Apocaucus Cantacuzeno obviam prodit ; imperatorii honores huic delati in salutationibus ; multi, ut Apocaucum in vincula coniciat, hortantur, sed frustra : 815/820 ; 10.) Reverso Apocauco patriarcha vitae institutum mutat ; in Cantacuzenum ipse quoque conspirat ; imperii procuratorem se instituit ; Apocauco urbis praefecturam et alias dignitates confert ; pactio diris iuramentis firmata, ne Cantacuzenus umquam recipiatur ; Apocaucus Octaviani Caesaris exemplo nobilibus curiam et civilia negotia committit, bellum sibi sumit administrandum ; res adversus Cantacuzenum a patriarcha designatae : 819/822 ; 11.) Factionis Cantacuzenianae nobiles a patriarcha et Apocauco petunt, ne secum durius agatur ; hi plebem in eos incitant ; nobilium fuga ; eorum domus eversae, bona direpta ; Cantacuzeni maeror et anxietas ; tristes nuntii de matre in carcerem coniecta et aliis domesticis cladibus ; viri constantia ; litterae sigillo munitae imperatorio, per quas ipse in ordinem cogitur, alia ex aliis gravia ei nuntiata ; animus inter has angustias anceps et fluctuans ; mors intentata, nisi se imperatorem salutari patiatur ; eo recusante alius statim salutandus ; imperatrix per legatos officii admonita contumeliose respondet : 821/826 ; 12.) Cantacuzenus coactus imperii insignia induit, iam olim sibi variis auguriis promissa ; actum id die festo S. Demetrii ; Annae et Ioanni prius acclamari iubet quam sibi ; defuncti imperatoris mandata nihilominus observat ; tertio post die purpuram exuit ; tum inde usque ad captam urbem albis vestibus utitur ; causae eius rei tres ab eo allatae ; patriarcha et Apocaucus nova

Cantacuzeni dignitate audita ut se gesserint ; duae apud Byzantinos factiones diversissimae ; Cantacuzeniani anathemate perculsi ; irritata plebis audacia, Cantacuzeni cunctatio ; eius copiae militares ; legationes subinde ab eo Byzantium missae ; postulata aequitatis plena ; Byzantini implacabiles ; aperte et clam exitium ei moliuntur ; multi e suis illum ut desidem et ignavum deserunt ; commeatuum inopia, hiems asperrima, litterae a Byzantinis interceptae : 825/832 ; 13.) Ioannes Palaeologus die non festo praeter morem a patriarcha coronatur ; id statim post imperatoris mortem maiore apparatu fieri voluit Cantacuzenus, patriarcha prohibuit ; novus imperator in aetherea palatii aedicula per solemnem *πρόκυψιν* denuo inauguratur ; plausu et laetis clamoribus excipitur a populo ; iacta in Cantacuzenum probra ; Cantacuzenae haec audientis idque e carcere dolor et gravis morbus ; eiusdem obitus duodecimo post die inter similes populi acclamationes ; nocturna praesagia, quae eius mulieris calamitatem antecesserunt : 831/838 ; 14.) Cantacuzenum res adversae non frangunt ; eius nuntiis contumeliose a Byzantinis illuditur ; monachorum interventu pacem petit, sed frustra ; ab Orestiadis primoribus vocatus eam urbem occupatum venit ; fluvii interiecti repentino auctu bis repulsus, re infecta discedit ; eius prodigii ratio expenditur ; hostiles ultro citroque excursiones ; belli civilis mala ; eius cum bellis externis comparatio facta a Cantacuzeno ; huius fautores vana spe recreantur : 837/840 ; 15.) Praecipuarum urbium praefecti Theodorus Synadenus et Guido Armenius ; huius ex Armenia migratio ; uxores duae, hostilis animus in Cantacuzenum affinem, cuius et bona diripit et amicos vexat ; sinistra auguria, solis et lunae defectus et colores ; arbores nive oppressae et ramis exutae : 839/842 ; 16.) De educendis ambobus imperatricis fratribus Byzantini et Cantacuzeniani certant ; Irenes prudentia et aliae virtutes ; egregiam Cantacuzeno operam navat ; ut fratres ei conciliaverit ; Cantacuzenus, Thessalonices invadendae spe oblata, per litteras Synadeni Didymotichum uxori et Manueli Asani custodiendam committit ; polystylum instaurat et munit ; Chreles Triballus perduellis ; Strummitzae principatu potitus, Crali ipsi metuendus ; a Romanis adulatur ; Cantacuzeno suppetias venit, per Christopolitanas fauces transituro ; ducum et militum enumeratio : 843/848 ; **liber XIII** (annus 1342) : cap. 1 : Cantacuzenus quomodo Christopolitanas angustias evaserit ; circa Philippos castra metatur ; oblata ei auxilia a Chrele ; quem suspectum amice excipit, mox dimittit ; Rhentima in deditionem accepta Thessalonicen ire cunctatur, suo more ; Melenici castellum ei deditur ; parergon de occasione non negligenda ; item de occasionis effigie ; Synadenus et alii Cantacuzeno favente Thessalonice per seditionem expulsi Gynaecocastrum se recipiunt ; Guido Armeniacus Thessalonicenses armis adiuvat ; classis Byzantina Apocauco duce Thessalonicen appulsa ; Cantacuzenus Gynaecocastrum usque progressus cum Synadeno colloquitur ; hic animum mutat et illi insidiatur : 849/854 ; 2.) Synadeni insidiae deprehensae ; tumultus in castris ; Cantacuzenus dispersos milites cogit ; acie instructa Apocaucum exspectat suos instruentem, at congredi non audentem ; pedetentim et composite recedit ad Triballos, exteris magis quam popularibus suis confisus ; ubinam pernoctaverit ; legatos ab eo ad Cralem praemissos homo Triballus comprehendit et ad Apocaucum deducit ; de Liberio Triballo, cur nuntius ad eum missus ; exercitum transeuntem rustici lacessunt ; Liberius Cantacuzenum hospitio excipit, hic hospiti vasa pretiosa dono dat, generum eidem pollicetur Manuelem filium ; Crali per litteras commendatus Scopiam venit ad Axium flumen ; tolerabili hospitio contentus illic cum exercitu subsistit ; Cralem postridie convenit ; mutuae salutationes, dispar utriusque magnificentia : 853/858 ; 3.) Quamdiu Cantacuzenus apud Triballos manserit ; quae et quam gravia milites perpessi sint ; quinam facilius mala toleraverint ; habitae in iis locis orationes quare omittantur ; conditiones Crali oblatae a Byzantinis, ut Cantacuzenum proderet ; venena ab iis clam submissa ; parergon de Mithridate ; insidiae variae, sed omnes irritae ; cur Deus tot pericula averterit ; Cantacuzenus, iniuriarum immemor, Augustae et pupilli dignitati ubique consulit ; lex ab eo imposita Ioanni Angelo, Aetolis et Thessalis imperatum misso ; patientiae diuturnae merces ; Gregoras alienus ab omni affectu veritatis studium profitetur ; qualia seu laudare seu vituperare decreverit ; quid ostendere, quid persuadere lectoribus cupiat ; expeditio capta adversus Serrhas ; morbus Triballorum ; re infecta domum reditur : 859/870 ; 4.) Amurius media hieme Hellespontum traicit, Cantacuzenum quaesiturus ; Didymotichum usque progreditur ; Irenen imperatricem non adit, ne dolorem conspectu augeat ; acriter et vehemens amici desiderium verbis declarat ; mira in homine barbaro humanitas ; utri prima laus tribuenda, Cantacuzeno an Amurio ; quid amicitiam conciliet ; eius cum musico concentu comparatio ; Amurius, de amico sollicitus, oblata ab Irene cibaria et vestimenta repudiat ; eandem in summas angustias adductam solatur ; hieme exercitum infestante domum reducit ; Manuelis Tarchaniotae elogium ; ut Cantacuzeno quaesito et invento Didymotichum reversus anxiae imperatrici gratissimus advenerit : 869/876 ; 5.) Altera ad Serrhas Cantacuzeni expeditio irrita ; Didymotichum usque transire eum non sinit Triballorum timiditas, ad Cralem invitus redit ; comitem secum ducit Ioannem Asanem iussum Chreli tradere arcem Melinici ; legati Berrhoeenses, Crale iniquas condi-

tiones proponente, cum Cantacuzeno clam agunt ; hic Berrhoeam ex pacto ingreditur ; Cralis inconstantia ; melior ex eo Cantacuzeni fortuna ; Triballus dolet se elusum ; pactionum memor bellum indicere non audet : 875/880 ; 6.) Ioannes Angelus Berrhoeam ad Cantacuzenum venit, Thessaliae rebus praeclare administratis ; eius provinciae ante Angeli adventum status perturbatissimus ; Catalanorum illic dominantium vires luxu debilitatae ; Angelus, maxima Thessalici principatus parte recuperata Aetolos, Locros et Acarnanas subegit ; Annam rebellem cepit ; quibusdam, ut occideret, suadentibus eam in custodiam dare maluit : 879/882 ; 7.) Cantacuzenus Thessalonicen dolo aggressus irrito conatu discedit ; Byzantinorum et Persarum classis numerosa ad Thessalonicensem portum appulsa ; dux classis Apocaucus ; Cantacuzenum abeuntem persequitur ; fluvius traiectu difficilis ; Triballorum duo milia in insidiis collocata, imperator in magnas angustias adductus, ut indicato tandem transitu salvus evaserit ; Apocauci timiditas : 881/884 ; 8.) Apocaucus viribus suis merito diffisus auxilium petit a Crale ; munit fluvii ostia, ne illac possit legatio ad Amurium mitti ; ex Cantacuzeno sciscitatur, quid de se ipse statuat ; Cantacuzenus eum verbis castigat ; fabellam narrat de ave et aucupe ; sumptus aestimat, quorum magnitudine obrutum tandem adversarium succumbere necesse sit ; gratulatur sibi Thessalica auxilia in opportunum tempus reservata ; funestos exitus praedicit Apocauco sive abituro sive Thessalonicae mansuro ; minatur se Persica auxilia eius exemplo acciturum ; mala enumerat, quorum causam fuisse ait illius ambitionem ; animum durum et immitem exprobrat ; admonet divinae iustitiae, quae se manifestis indiciis prodat ; fugam denique iubet maturare ; cymba in mare clam deportata legatos ad Amurium mittit : 885/892 ; 9.) Apocauci responsum ; cuius duae partes, prima de mendacii crimine, altera de arcessitis barbaris ; eius viri mos perversus ; ut tentata per exercitum urbe Berrhoea ipse Thessalonice manserit ; arrogans idem et timidus ; sagittarium summittit, qui Cantacuzenum noctu occidat ; sagittarius rem ter frustra aggressus veniam petit et dimittitur ; Apocaucus pericula impendentia celeri fuga praevertitur, insciis Thessalonicensibus ; Persae apud eos relicti foede et impune grassantur : 891/898 ; 10.) Classis Persica duce Amurio, multis navibus tempestate amissis, ad Euboeam primum, deinde prope Thessalonicen appellitur ; Persae praedatum in Triballorum fines exeunt ; Cantacuzenus Berrhoeae urbis cura omissa Manueli filio, indolis eximiae adolescenti, confert se ad Amurium ; Thessalonicensium res valde angustae ; divitum et pauperum studia contraria ; tertia factio, duabus illis pejor ; divites in proditionis crimen vocantur, pauperes ambitiosi, qui et zelotae, in illos insurgunt ; plebem infirmam sibi adiungunt ; vi, rapinis et caedibus grassantur ; divitum miserrima conditio ; eorundem spes irritae ; Amurius urbem vi expugnandam censet ; Cantacuzenus, Demetrium martyrem reveritus, mavult deditionem exspectare ; soluta obsidione milites Amuriani alii domum redeunt, alii cum duce Cantacuzenum sequuntur ; quem Amurius partim loco, partim serio reprehendit ; uterque iunctis copiis Thraciae urbes sollicitatum eunt : 897/904 ; 11.) Gregoras non simplicem historiam scribit ; res toto orbe gestae quatenus ad Byzantinos pertineant ; Byzantii urbis celebritas ; de Basilio imperatore Trapezuntio ; ut huius uxor vidua pellicem Byzantium relegaverit ; ut novum sibi coniugem a patre Andronico iuniore petiverit ; legationis morae ; mortuo inter haec Andronico Cantacuzenus mulieris postulata neglexit ; familiae Comnenae ius praecipuum apud Trapezuntios ; ad eos regendos Michael Comnenus Byzantio mittitur ; senatores Trapezuntini summam rerum sibi vindicant vano praetextu ; advenientem Comnenum honorifice excipiunt ; mox procul exportatum in custodiam includunt ; populo non probante rempublicam administrant ; scholarii, illorum manibus elapsi, redeunt cum adolescente Michaelis filio, Trapezuntem invadunt ; adversarios puniunt ; princeps iunior in luxum effusus scholarios contemnit ; hi Michaelem carcere eductum in solio collocant ; adolescens in custodiam datur ; scholariorum cum Michaele pactiones ; eorundem auctoritas maxima, principis nulla ; quam tamen postea integram recuperat : 903/910 ; 12.) Rei frumentariae inopia Byzantium et aliae urbes laborant ; eius mali causae duae ; de Capha, Genuensium colonia ; Latini mercaturis dediditi ; praesertim Genuenses ; ut colonias in oris maritimis constituere soleant ; Caphae urbis parva initia ; eiusdem incrementa et vires ; Genuensium incolarum fastus ; Scytham indigenam unus gladio interimit ; Scytharum princeps irascitur ; Latinos iubet sua urbe excedere, contumaces obsidet ; contemnitur ab obsessis et variis cladibus afficitur ; Romanae urbes interim solitis commeatibus interclusae advecto ex Asia frumento sustentantur, Trapezuntii in Latinos accolas saeviunt : 909/916 ; 13.) Bella et civiles motus per totum fere orbem ; divinae providentiae consilia ; Spinula et Sertorius (Sire Doria) Genua exacti ; duces ex plebe creati ; Aegypti imperium divisum et fraternis discordiis debilitatum ; Mauri in Hispaniam irrumpunt ; Britanni in Galliam ; Asiae principes, ex Scythis oriundi, inter se proeliantur ; Latini foederati in piraticas Persarum naves classem armant ; ad Smyrnaeorum portum appellunt ; arcem capiunt ; minimum deinde promovent : 915/920 ; **liber XIV (annus 1343)** : cap. 1 : Cantacucenus cum Amurio Christopolitanas fauces transgressus oppida sollicitare constituit ; Perithorio frustra oppugnato Didymotichum abit ; ibi se

suosque reficit ; Irenae uxori gratias agit, quod res praeclare gesserit ; eius mulieris strenuitas et sollertia ; Byzantini Amurio pecunias offerunt, ut domum redeat ; hic re cum Cantacuzeno communicata pecuniam accipit ; in Asiam traicit brevi rediturus : 919/924 ; 2.) Terrae marisque agitatio violenta ; clades ex grandine ; item ex terrae motu ; de exundatione ; de terrae motu iterum ; aëneï angeli caput inclinatum ; urbis simulacrum excussum e manu statuae imperatoriae ; quid ea res portenderit ; templum S. Sophiae orientem versus dehiscit : 923/926 ; 3.) Apocaucus rebus suis diffisus patriarcham et Ioannem Gabalam sibi mancipare statuit ; patriarchae familiam numerosam ornat et ditat ; ipsum, ut infulam, calceos et subscribendi morem mutet, hortatur ; de Novae Romae privilegiis disserit ; item de auctoritate patriarchali, quam ait maximam nunc esse ; patriarcha rubros calceos recusat, cetera admittit, ambitiosus et imprudens ; sacerdotii et imperii diversae functiones ; utriusque potestatis habitus dispar ; altera alteram quatenus iuvet ; Ioannes patriarcha se et imperium perdidit ; Christum pontifex imitari debet ; laudata ab Alexandro Magno Diogenis modestia ; fructus ambitionis ; Apocaucus Ioanni Gabalae filiam suam desponsurum se promittit ; quid vicissim ab eo pactus ; rerum administrationem eidem committit ; ipse cum patriarcha et iuniore imperatore Perinthum abit ; scelus maximum meditatur ; Annae imperatricis mens caeca ; spes inanes : 925/934 ; 4.) Cantacuzenus Comotenam et Gratianopolin in deditionem accipit ; Momitilae genus et varia fortuna ; ut per latrocinia metuendus evaserit ; societas ab eo inita cum Cantacuzeno, viribus maiorem in modum auctis despoticae dignitatis insignia a Byzantinis oblata accipit, Cantacuzeno insidiatur ; hic vere novo Comotenorum urbe egressus apud Mosinopolin castra metatur ; obdormiscit amoenissimo in loco, ubi res visu et auditu mirabiles ei oblatae ; Momitilas imparatum opprimere festinat ; Cantacuzenus cum suis in magnas angustias adductus ; tumultuariam et iniquam pugnam committit ; armigeri beneficio salvus evadit ; hostibus tandem recedere coactis Didymotichum abit : 933/940 ; 4.) Apocaucus opportunam occasionem nactus opprimendi Cantacuzeni bellum apparat ; Didymotichum exercitu infesto petit ; Pythium castellum obsidet, Cantacuzenum multi e suis deserunt ; reliquorum intempestiva postulata ; ipsius responsa ; Andronicus Palaeologus, Apocauci gener, fluvium transnatando submergitur ; Apocaucus a Ioanne Gabala apud Annam imperatricem accusatur ; Byzantium redit ; imperatricem placat ; urbis muros reficit : 939/944 ; 6.) Clades ex grandine ; de natura grandinis ; grando furoris divini instrumentum : 943/946 ; 7.) Ecclesiae mala omnium gravissima ; de Massalianis et Bogomilis in monte Atho comprehensis ; eius montis amoenitates ; Athos ferociam Xerxae domuit ; uni virtuti favet ; deprehensorum illic haereticorum nomina ; eorundem dogmata impura tomo synodico comprehensa ; piorum monachorum diligentia et zelus ; haeretici variis poenis coerciti, quidam fuga elapsi recipiunt se in magnas urbes ; picos Martios imitantur : 945/954 ; 8.) Quando et cur Gregoras ab aula secesserit ; Zenonis philosophi apophthegma ; imperii et Ecclesiae perturbatio maxima ; veteres philosophi non rixabantur inter se nisi pacis tempore, Byzantini theologi nec in ipso belli aestu altercari desinunt ; hariolis et eius generis hominibus fides habita ; Gallus astrologus impratrici placentia praedicit ; Gregoras arcessitur, ut cum eo disputet ; astrologorum praedictiones vanas esse arguit ex Ptolemaeo et S. Basilio, idem ex Chaldaeorum versibus ; fatum tollit ; providentiam agnoscit ; hariolo refutato Augustae odium in se movet ; ad rem redit : 953/962 ; 9.) Gabalas, Apocauci metu, monasticum habitum induit ; S. Sophiae templum, asylum olim inviolatum, a Gabala et patriarcha temeratum ; Amurius in Thraciam reversus Byzantium usque cum Cantacuzeno progreditur ; urbis aspectu obstupescit ; pauci murorum custodes ; Apocauci diffidentia ; Cantacuzenus et Amurius Momitilam debellatum eunt, Romanas urbes invadentem, iuxta Perithonium castra metantur ; Momitilae audacia, eiusdem circumventi consternatio ; acris pugna, cadit Momitilas ; eius milites omnes fere caesi : 961/966 ; 10.) Apocauci caedes quando, ubi et a quibus perpetrata sit ; illius anxietas ; stipatores, immoderata ambitio ; carcer ab eo aedificatur ad quem finem ; reorum desperatio ; consilium audax ; Apocaucus imprudens ; stipatoribus relictis arcem ingreditur ; a Raule et aliis nobilibus interimitur ; documenta ex eo eventu capienda ; interempti caput abscissum summo muri fastigio imponitur ; caedis auctores aliique vinculis soluti partiuntur inter se arcis custodiam ; rebus ad tolerandam obsidionem necessariis destituuntur ; cibaria accipiunt a Galataeis, qui eos et promissionibus confirmant ; imperatrix Galataeos aditu arcis prohibet ; obsessi in maximas angustias adducti de pace agunt ; Apocauci uxor vidua Gasmulos armat Augustae permissu, hi arcem expugnant, obvios quoque iugulant, spectaculum miserabile ; arae ipsae sanguine respersae, contigui monasterii direptio ; caesorum capita per urbem circumlata ; sicariorum et ipsius Augustae inhumanitas ; cadavera sepelire vix tandem permissum ; mortui Apocauci filius Thessalonicen tradere Cantacuzeno statuit ; arcem occupat, plebis impetu opprimitur : 965/980 ; 11.) Batatzes ignobilis genere ut ad opulentiam pervenerit ; Thessalonicae praeficitur, deinde Apocauco filium suum ei subrogante eicitur ; ad Cantacuzenum deficit ; Solymanni generi armis adiuvatur ; mortuo Apocauco cum Anna imperatrice reconciliatus maiores co-

pias ex Asia arcessit ; in Cantacuzenianos saevit ; Persae praeda et viatico defraudati eum occidunt ; ad Cantacuzenum transeunt : 979/982 ; liber XV (annus 1345) : cap. 1 : Crales Romanis dissidentibus invalescit ; urbes multas invadit, Serrhas ipsas ad deditionem subigit ; Romanum imperatorem se pronuntiat, imperium cum filio partitur ; quantam eo tempore CantacuzenusThraciae partem obtinuerit ; Thracia Persarum incursionibus crebris vastata ; Cantacuzeni inopia, item Byantinorum ; Anna imperatrix pessime res administrat ; sacris imaginibus non parcit, divites vexat ; ex ipso S. Sophiae templo abreptos in vincula conicit ; Galataei profugos excipiunt ; asyli ius vetustissimum, apud omnes gentes sanctum et inviolatum, a Christianis neglectum, eversa Ecclesiae dogmata ; ob eas causas templum subita ruina deformatum : 981/986 ; 2.) Templum S. Sophiae, qua parte orientem spectat, collapso hemisphaerio dehiscit ; eius cladis magnitudo verbis amplificata, civium concursus et comploratio ; ipsorum nobilium et imprimis feminarum in exportandis ruderibus pia sedulitas ; substructa ab imperatore Andronico fundamenta ruinam sistunt ; rei Byzantinae status miserrimus ; Lacedaemonii post Leuctricam, Romani post Cannensem pugnam mulieribus aurum interdixerunt ; Byzantini cur vestibus pullis passim uti coeperint ; Deus hominum morbis lente medetur ; facilius aedificat quam destruit : 985/992 ; 3.) Imperantium culpae excusantur, rerum causis ad arcanam Dei providentiam relatis ; Cantacuzenus nimirum supplex et abiectus in epistolis, multum sibi et reipublicae obfuit cunctando ; quosnam viros maxime imitari debuerit ; Gregoras epistolam eius selectam prolaturus qua fide eam exhibiturus sit, docet ; epistola ad patriarcham ; scripta fuit rubris litteris ipsius Cantacuzeni manu ; recisa sunt, quae rem minus pertinebant ; cetera ornatius enuntiata : 991/996 ; 4.) Patriarcha minore tandem fastu respondet ; sese et Cantacuzenum partim excusat, partim damnat ; rebus lapsis succurrendum esse censet ; pacem suadendo Annam offendit ; huius in Cantacuzenum et Irenen odium ex zelotypia natum ; fons malorum omnium ; patriarchae tandem et totius curiae Byzantinae gravior quam Annae culpa : 995/1002 ; 5.) Cantacuzenus Selybriam in deditionem accipit ; Orestiade ab Hierosolymitano patriarcha coronatur ; Byzantium clandestinis molitionibus conatur invadere ; Hyrcanum, Bithyniae satrapam, generum adsumit ; Anna quoque Persica auxilia arcessit ; barbari acciti praedas agunt, captivorum ingens numerus ; animus Augustae durus et immitis ; Persae Romanos viae socios et duces dari sibi frustra postulant ; pace cum Cantacuzeno facta domum redeunt ; de cometa, qui superiore anno apparuit : 1001/1006 ; 6.) Nobiles Genua exacti classe instructa Chium improviso adoriuntur ; Chii se et moenia sua strenue defendunt ; commeatu interclusi dedunt se hostibus ; idem et Phocaeenses faciunt ; Phaceolatus imperatorias triremes armat ; duas Latinorum naves capit ; Galataei hac re offensi ab advehendo frumento statim abstinent ; receptis rebus suis redeunt in gratiam cum Byzantinis ; Phaceolatum minis terrent, qui idcirco stipatores circa se habere cogitur : 1005/1008 ; 7.) Augusta implacabilis ; patriarcham dignitate spoliare statuit idque per Palamitas ob rescissum tomum illi infensos ; Palamam iam pridem carcere inclusit ; cur ; eodem adversus patriarcham adiutore utitur ; magnae inde rixae et dogmaticae altercationes ; Gregoras inter patriarcham et Palamam arbiter constitutus ; novas opiniones damnat, Augustam offendit ; sententiam scripto tradere iubetur ; ea occasione data novos doctores refellit ; Gregorii Nazianzeni verba opponit ; item Basilii Magni ; non ideo reprehendendus, quod victoriam de adversariis non reportaverit, immo constantiae et religionis laudandus, exsulaturus fortasse, nisi Cantacuzenus interim Byzantium cepisset : 1007/1016 ; 8.) Cum Phaceolato clam agitur de introducendo in urbem Cantacuzeno, Phaceolatus aucto stipatorum suorum numero rem aggreditur ; Cantacuzenum urget ; diem condicit ; urbis portas noctu reserat ; Cantacuzeni incruentus ingressus ; palatio exclusus in proximo diversatur ; annus et dies captae ab eo urbis ; Augusta infirmis viribus ferox et contumax ; Galataeos auxilio vocat ; aequissimas pacis conditiones proterve respuit ; Galataeorum triremes duae suppetias ei ferunt ; repelluntur ; Cantacuzenus alteram et tertiam legationem mavult mittere quam vim facere ; eosdem legat, qui biennio ante ad eum missi venerunt ; iubet eos meminisse, quae tum praedixerit ; legati re infecta redeunt ; Cantacuzeni mira clementia ; milites eo inscio palatium oppugnant, maritimam partem capiunt, revocantur, Annae anxietas ; legatio superba ; extremum discrimen, pacem oblatam vix tandem accipit : 1017/1026 ; 9.) Quicumque in palatio vincti tenebantur, liberi omnes dimissi solo patriarcha excepto, cuius res altius repetuntur ; eius apud Annam auctoritas summa ; Palamas ob novas opiniones, non quia Cantacuzeno faveret, in vincula conjectus ; ut patriarcha Augustam ab se alienaverit ; ut haec adversus eum cum Palamitis conspiraverit ; episcopis dies indicitur ad abrogandam patriarchae dignitatem ; interim Anna aegrotat ; convalescit, episcopis diem iterum indicit ; tabellas, per quas officii admonetur, a confessore oblatas rumpit ; ipsum minacibus verbis correptum domo exigit ; patriarcha absens et inauditus damnatur ; synodum mensa sumptuosa et immodesti risus excipiunt ; ea ipsa nocte Byzantium capta ; Cantacuzenus, ne aut Annae aut eius filio incommodet, palatio cedit ; domicilium sibi constituit circa Alexii triclinium ; qualem se erga patriarcham ges-

serit ; eum monasterio primo includit, deinde Didymotichum ablegat ; ea omnia Gregoras aliis relinquit accuratius narranda, ipse ad propositum redit : 1025/1032 ; 10.) Quibus artibus Palamitae Annam simul et Cantacuzenum sibi mancipaverint ; Palamas, cum se ipsum non posset, patriarcham fecit Isidorum, Monembasiae episcopum electum ; huius erga Palamam merita ; episcopi plerique patriarcham novum iubent anathema esse, haud impune ; ut undecumque in eundem ab orthodoxis scripti et Byzantium missi fuerint anathematismi : 1031/1034 ; 11.) Cantacuzenus et Isidorus mutuam sibi operam ad summos honores adipiscendos praestant ; cur ille iterum inauguratus ; cur ea res non in S. Sophiae templo, sed in Blachernensi celebrata sit ; duorum imperatorum et trium Augustarum sedilia ; pompa equestris, solemnis e palatio prospectus, epulae ; stannea et fictilia vasa ; corium inauratum et gemmae vitreae in diadematis et vestimentis ; tantae inopiae causa duplex ; pecunias ab iis, qui aerarium exhauserunt, Cantacuzenus non repetit, incertum, utrum lenitate an timiditate ; suorum postulata et querelas quomodo eluserit ; eius filia Helena Ioanni Palaeologo nubit : 1003/1040 ; 12.) Isidorus patriarcha pronuntiatum a decessore suo in Cantacuzenianos anathematismum abrogat ; risum et indignationem movet, qui reus sit, et alios absolvat ; episcopos eligit rudes et indoctos ; Palamas Thessalonicae episcopus ab eo ordinatus eiusce urbis ingressu prohibetur ; Gregoras ecclesiasticarum rerum fusiorem expositionem aliis relinquit : 1039/1044 ; **liber XVI (annus 1347)** : cap. 1 : Cantacuzenus totam Thraciam, Medea excepta, Triballus omnem fere Macedoniam iam tum possidebat ; ipsam Berrhoeam paulo post cepit ; Thessalonice neutri parebat ; huius urbis status perturbatissimus ; zelotarum licentia ; Medeae urbis situs ; ut a Cantacuzeno obsessa et ad deditionem compulsa sit ; Ioannes et Manuel Asanes creantur sebastocratores ; prior uxorem ducit Alexii Apocauci filiam, Andronico Palaeologo primum nuptam ; socrui suspectus domum cum uxore dimittitur ; gravis pestilentia ; Andronicus, Cantacuzeni liberorum natu minimus, moritur : 1043/1048 ; 2.) Matthaeus, Cantacuzeni filius natu maximus, Thraciae urbibus a patre praefectus ab Asane avunculo privatim convenitur ; Asanes sua et fratris merita erga Cantacuzenum iactat ; quem suorum saluti non consulere queritur ; Matthaeum ad defectionem hortatur ; qui respondet id ipsum cupere se ; imminentium periculorum metu et patris exemplo futuram defectionem excusat ; avunculo adiutore rem aggreditur ; Orestiadis arcem occupat ; animos sibi conciliat : 1047/1054 ; 3.) Cantacuzenus anxius et consilii inops ; uxorem Irenen ad filium legat ; hic matri obviam procedit ; Irene eum frustrata clam Orestiadem intrat ; Matthaeus eo reversus matrem salutat ; obsequium pollicetur ; rogat, ut se metu liberet ; matris oratio ; quantam apud filium vim habuerit ; Irene Byzantium redit, filii Andronici mortem luget : 1053/1064 ; 4.) Cantacuzenus Didymotichum proficiscitur, ut motus componat ab uxore iam sopitos ; Ioannes patriarcha, ne rebus novis faveat, Byzantium inde transfertur ; moritur non longe post ; eius elogium ; provinciae Matthaeo Cantacuzeno assignatae a patre ; patris oratio ad filium ; reditus in urbem : 1063/1070 ; 5.) Gregoras de se ipso dicturus docet, cur id nunc faciat ; ea dicere, quae principibus displicent, periculosum est ; quorundam aures veritas offendit ; idcirco ait se multa omissurum ; de Cantacuzeno, antequam rerum is potitus est, praeclaras spes concepit ; eundem spe sua deceptus errore liberare statuit ; dicendi libertas quantum et quibus in rebus silentio praestet ; ea multum valet, si et opportunitas adsit et amicitia antecesserit ; Cantacuzeni et Gregorae crebra colloquia ; patrum dogmata quo studio quibus verbis ad hoc defensa ; contraria factio Cantacuzenum in Gregoram instigat ; hic imperatorem confidentius arguit, non ideo irascentem, sed lenitate Hadriano similem ; Irenen adit filii morte afflictam ; eam mortem poenam corruptorum dogmatum esse affirmat et persuadet ; ita partes suas Augustae patrocinio roborat ; Isidorus et alii Palamitae Irenen a Gregora conantur alienare ; ab ea male accepti Cantacuzenum arcessunt ; hic tumultum veritus statim Byzantium venit ; Gregoram hortatur, ut sileat, idem suadet Isidorus ; quem Gregoras variorum errorum accusat ; Isidori canones musici seu hymnodiae igni damnantur ; loquendi libertas reddita iis, quibus adempta erat, concordia sumptuoso convivio sancita ; Palamas Didymoticho accitus, lites renovat, Cantacuzeno adiuvante ; negat Gregoras nova disputatione opus esse ; Palamam redarguit ; item Cantacuzenum ; assentatorem quendam obiurgat ; scripta testimonia proferri a Palama non sinit ; concilium dimittitur : 1069/1088 ; 6.) Cantacuzenus Cralem officii admonet, non auditur, bellum parat ; Amurius, cum copiis mare transmissurus Smyrnaeam, Latinorum arcem, expugnatum it ; telo missili occisus cadit ; Cantacuzenum a suscepto bello tres causae deterrent, nempe mors Amurii, renum morbus, Galataeorum rebellio : 1087/1090 ; 7.) Persae praedones in Thraciam ex Asia irrumpunt ; quomodo circa Bizynam urbem a Matthaeo Cantacuzeno et ab ipso Cantacuzeno deleti sint : 1089/1094 ; **liber XVII (annus 1348)** : cap. 1 : De bello a Latinis Galataeis illato ; quibusnam artibus hi opulenti et potentes evaserint ; classem a Cantacuzeno construi cur aegre tulerint ; caedes ab iis perpetratae ; Byzantini pacis cupidi et infirmi iniurias patatienter ferunt ; salutis publicae praesidia a principibus neglecta ; Latini viribus praevalentes ; inita cum imperatoribus foedera aperte violant ;

milia, uxor, liberi, nepotes, honores, studia, doctrinae et mores, divitiae, elogia : 29/36 ; *dignitatum et functionum palatii et ecclesiae Constantinopolitanae, quarum Cantacuzenus meminit, ex Curopalata et eius scholiasta potissimum dilucida explanatio* : 35/42 ; **Nilus Christodulo**, i.e. epistola ab Cantacuzeno scripta, qua se a Nilo monacho quodam ad historiam conscribendam compulsum esse fingit : 41/54 ; **Historiarum textus : liber I** : Argumentum : 53/58 ; Cap. 1 : Michaelis Palaeologi II obitus, avi in nepotem impietas et in spurium filii propensissima voluntas : 59/64 ; 2.) Origo dissidii inter imperatores Andronicos ; Cantacuzeni in recusatione iuramenti libertas ; nepotis cum Syrgianne colloquium de salute et dignitate retinenda mutuusque inter nepotem et Cantacuzenum amor ; huius et Syrgiannis in Thracia consultatio : 65/70 ; 3.) Cantacuzeni ad Syrgiannem oratio ; dolet de re tamen ancipiti et periculosa dicendam sententiam ; nepotem laudat et miseretur, futuram calamitatem praesentit, amicitiam iustitiae se praelaturum negat, elabendum potius aliquo, quam armis citra ultimam necessitatem decertandum affirmat : 69/74 ; 4.) Syrgiannes magni domestici consilium probat ; duae urbes ad fugam deliguntur ; Christopolis Adrianopoli praefertur ; Cantacuzenus uxore Callipoli relicta Byzantium venit ; Andronico iuniori, quid decreverint, renuntiat ; Alexium Apocauchum, obscurum hominem, sed prudentem in gratiam Syrgiannes ei commendat ; Andronicus consulta amplectitur et magnanimitatem et aequitatem suam ostendit : 75/78 ; 5.) Dirus ab avo nuntius ; altera et antiqua causa disssidii inter imperatores, solutior videlicet vita nepotis et avi in eum contumeliae : 77/82 ; 6.) Nepos legatum ad avum mittit ; eius viri virtus praedicatur ; summa legationis : secum atrocius agi quam delicta mereantur et illum oblivisci se patrem esse ; si pergat odisse, alium designet imperatorem. Avus memorans, quanto amore nondum etiam natum dilexerit, severitatem et rigorem excusat ; ad superiorem narrationem reditur et interrupta contexuntur : 81/88 ; 7.) Nepos se de verbo suo purgat ;dolentem se et conturbatum dixisse et sperantem paternam animam ad misericordiam ita commoveri posse ; veniam petit ;magnus domesticus e Thracia reversus acta cognoscit, fidem et operam suam usque ad aras spondet, de perfugii loco deliberatur ; a Crale, Triballorum principe, legatio et Callinici legati astus : 87/94 ; 8.) Callinicus ad Cralem de societate legatus rem feliciter conficit ; Andronici iunioris propositum ; Theodorus Synadenus protostrator consiliorum et periculorum socius adsciscitur ; de trium Genuensium fide et promissis ; Adrianopolis ad fugam denuo eligitur ; avi in nepotem inhumanitas et importunitas ; a magno domestico solatium ; Syrgiannis e Thracia revocatio ; de ratione Byzantio se educendi consultatio : 93/100 ; 9.) Protostrator imperatorem seniorem in custodiam dandum, Syrgiannes interficiendum, magnus domesticus in priore sententia consistendum suadet ; reprehensus a Syrgianne de pertinancia sapienter se tuetur et utrumque refellit : 99/106 ; 10.) Nepos insignem observantiam in avum ostendit et crudelia potius ab ipso pati quam in eum facere paratus est ; quae fortuna dabitur, ea se usurum ; si se deserant socii, acerbe laturum ; eius voluntate collaudata protostrator et Syrgiannes, cum licet, Byzantio discedendum statuunt ; quaeritur, ecquid imperatrix assumenda, an Constantinopoli relinquenda sit : 107/112 ; 11.) Cantacuzeni rationes, cur imperatrix Constantinopoli relinquenda sit ; Syrgianne ad praefecturam suam in Thraciam dimisso reliqui haerent Byzantii ; magnus contostaulus et magnus logotheta Metochites imperatorem senem frustra ab incepto dimovere nituntur : 111/116 ; 12.) Nepos ab avo citatur et a protostratore de illius versutia monetur ; iterum citatus in palatium vadit, protostratore prosequente et foris exspectante ;supervenit magnus domesticus, quid actum sit cognoscit, consilium suum edictat ; mos Genuensium et Venetorum Dominica die imperatorem venerandi ; Genuenses ternas triremes celeriter armant ; protostratoris ad pugnandum ardor : 115/123 ; 13.) Iunior imperator egressus magnum domesticum requirit ; quid utrimque actum, mutuo indicant ; historia inseritur de dilato senioris consilio ; denuo per eunuchum et ad iudicium quidem cum magna vocantis miseratione et lacrimis arcessitur nepos ; ad officium tali tempore sibi praestandum socios cohortatur ; promittunt omnia et ipsum ad palatium comitantur : 123/130 ; 14.) Enumerantur assessores Andronici senioris in iudicio ; ponitur eius in iuniorem accusatio et huius defensio ; status est absolutus, negat enim se obiecta crimina conscivisse ; leviora commissa fatetur ; acerbitatem in se nimiam avo exprobrat ; ille in contumeliam prorumpit, quam nepos repellit : 129/136 ; 15.) Magnus domesticus et protostrator nepoti opem ferre volunt et frustra placantur ; de instanti periculo avus monetur, qui iuveni quattuor conditiones proponit, si veniam impetrare velit ; ille omnes praeter duas recusat : 135/140 ; 16.) Senex in nepotem invehitur cum minis ; nepos veniam petit, pedem illi, quamquam renitenti, exosculatur et osculum ab eo recipit ; ficta reconiliatio et ob id inane gaudium ; magnus domesticus in Peloponnesum ire iussus nepotem et protostratorem certiores facit ; de ea re consultat : 139/146 ; 17.) Magnus logotheta legationem nepotis pro impunitate sociorum eius recusat ; causam addit, quam nepos melius sentiens (ut postea intellectum est) refellit ; magnus domesticus, ne Peloponnesum petat, confictam et inanem causam praetendit ; ab imperatore pusilli animi reprehensus in Thessaliam ire iubetur ; suf-

ficientes copias et pecuniam postulat, ; protostratori Prillapi praefectura committitur : 145/152 ; 18.) Magnus domesticus Byzantio exire cunctatur et ad urbem postea manens pecuniam et militem exspectat ; protostrator quoque discedere cogitur ; libellus ad lectulum iunioris imperatoris inventus ; eiusdem ex urbe profectio ; Adrianopolin faustus ingressus ; mandat senior duci suo, ut fugitores insectatus nepotem vinctum adducat ; ille vanam fore persecutionem docet : 151/160 ; 19.) Andronicus minor imperatoris nomine privatur, hostis iudicatur, crescit potentia ; legati ad eum de pace, milites tumultuantur ; praeclarum fortitudinis et excelsi animi exemplum in Theolepto episcopo ; iterum testatus innocentiam suam iuvenis legatos cum spe pacis dimittit ; senis potentia extenuatur : 159/164 ; 20.) Nepos in consilio de hesterno tumultu conqueritur ; petitionem avi proponit, quam omnes uno ore respuunt ; et quoniam se avus facturum spondeat, quae nepos velit, velle debere, sibi imperio cedi aut armis Byzantium invadendum ; concio dimittitur et cum tribus amicis amplius deliberatur ; placet seni dari spatium, quo se ad resistendum comparet, ne improviso opprimatur ; iunior exercitui profectionem in occidentem persuadere nequit : 163/170 ; 21.) Magnus domesticus quoque oppugnationem Byzantii dissuadens ad occidentalem expeditionem hortatur ; quare uterque simulaverit ; exercitus se ex parte aliqua pariturum, sed ingratis ostendit ; permittuntur ire Constantinopolin ; occulte mittitur epistola purgatoria ad avum a nepote, qua etiam monet, ut se communiat : 169/176 ; 22.) Insidiae in Andronicum minorem a Sphentisthlabo, rege Moesorum ; legatio avi de adventu ad urbem paulum differendo ; concio nepotis ad exercitum de armis deponendis et pace complectenda, omnium assensus : 175/182 ; 23.) Responsum nepotis ad avum plenum officii ; partem imperii ab eo petit et iuramentum ; iurat senex, anathema rescindit, nomen imperatoris ei restituit ; eius virtutem magnifice commendat ; quod Apocauchum ad iuramentum exigendum ad se miserit, fert aegrius et hominem illum vituperat ; excusat factum Palaeologina ; excusat etiam nepos se hominem illum obscurum non pro legato, sed pro tabellario misisse affirmans : 183/190 ; 24.) Iunior imperator Adrianopolin reversus eo uxorem vocat ; aestatem in lustrandis et ordinandis urbibus ponit ; Syrgiannes ad senem deficit ; quod nepos exprobrans eum ad fidem porro colendam hortatur ; negat Syrgiannes obiecta, sed litteris convincitur ; iterum de officio monetur ; pernegat et Byzantium proficiscitur ; bellum recrudescit, nepos exercitum ad arma in adversarios exuscitat ; mira omnium pugnandi cupiditas : 189/196 ; 25.) Imperator iunior Theodorae, matri magni domestici, feminae prudentissimae, administratione urbium commendata Byzantium movet ; nobiles et duces exercitus eodem non repugnante epistolam ad seniorem mittunt pacemque exposcunt ; tumultus in palatio : 195/200 ; 26.) Xena, Andronici iunioris mater, Thessalonica Byzantium captiva adducitur ; Calochaeretes seniori pacem vehementer atque etiam suppliciter suadet : 199/206 ; 27.) Legatio nepotis ad avum de pace, quam rursus non procul a moenibus Byzantii petit, sed frustra ; eius febris et profluvium sanguinis e naribus, magni stratopedarchae defectio ; Syrgiannis facinora : 205/210 ; 28.) Sollicitudo Andronici minoris ; magni domestici et matris eius in eundem beneficentia praeclara omnino et singularis ; eiusdem matronae prudens et festiva oratio : 209/212 ; 29.) Apri obsidentur et expugnantur ; ad milites captivos admonitoria imperatoris oratio et in eosdem humanitas, rursus ad suos de moderanda victoria et misericordia in victos Christiana concionuncula : 211/216 ; 30.) Garella, Rhaedestum, Sergentzium oppida deditionem faciunt ; a Saccensibus rusticanis maledictis laceratur imperator ; castellum miserabili incendio conflagrat ; insigne exemplum fidelitatis in dominum et caritatis in hostem pastoris cuiusdam, per quod stratopedarcha reus maiestatis absolvitur : 215/222 ; 31.) De Thessalonica et Constantino despota felices nuntii ; ad imperatorem monachi habitu indutus perducitur, in carcerem datur ; qui Xenam imperatricem violaverunt, publice puniuntur ; Lemnus ad iuniorem deficit ; Persae seniori auxilio venientes metu iunioris perculsi domum turpiter redeunt ; fugiunt etiam Byzantii : 221/228 ; 32.) Legatio senioris ad nepotem ; dolet se delusum, ad pacem inclinat ; respondetur pacem cordi futuram ; cum magno domestico decernitur ad obturandum os sycophantis omnia in manus avi tradenda ; qua de re cum principibus totoque exercitu agit imperator magno domestico et protostratore palam approbantibus eius sententiam ; in quam tamen nobilitas et duces aegre concedunt : 227/238 ; 33.) Responsum nepotis ad avum de pace admissa et deditione in eius potestatem sui rerumque omnium ; de agro militibus assignato ; de stipendio illis persolvendo, de domo sua, de patruo despota ; admiratio senis et communis laetitia Constantinopoli de legationis eventu felicissimo : 239/242 ; 34.) Xena mater ad filium Andronicum gratias actura et iuramentum delatura mittitur ; iurat in conditiones etiam senex ; nepos ad avum salutandum Constantinopolin progreditur ; occurrit avus ; indicatur consuetudo salutandi inter imperatores obvios ; ad visendum iuvenem undique concursus fit : 241/246 ; 35.) Senioris imperatoris providentia et diligentia in constituendis magistratibus ; Sphentisthlabo, Moesorum regi, Terteres filius succedens Philippopolin capit ; oppida quaedam incursat ; Andronicus iunior Moesiae fines depraedatur ; iudicium Syrgiannis ut rei males-

tatis: 245/250; 36.) Terteres, Moesorum rex, moritur; multa oppida Moesiae se Romanis dedunt; quaedam Boesilas sibi vindicat; Philippopolis frustra obsidetur; cuiusdam machinae oppugnatoriae descriptio; Moesorum principes Michaelem, dynastae cuiusdam filium, regem creant; Boesilae, dynastae Moesi et Romanorum amici, mors falso nuntiata; causae, cur conflictui cum Michaele obstinendum: 249/256; 37.) Philippopolis casu recuperatur; Michael Boesilam obsidet, qui a suis proditur; Michael Romanorum fines depopulatur; ei imperator duellum offert, quod abnuit; veniens Constantinopolin imperator avum ad bellum barbaris inferendum sollicitat, cuius consilium magnus domesticus confirmat, et contra Moesos omnia sua policetur: 255/260; 38.) Consultatio de bello in barbaros suscipiendo; praeclara magni domestici oratio, qua bellum a necessario, ab honesto et facili suadetur; additur pro epilogo liberalissima promissio; protostrator et comites iunioris imperatoris idem sentiunt, consiliarii senioris dissentiunt, privatam utilitatem prae communi spectantes; laudat alteram partem et magnum domesticum senior; suos vituperat et cum nepote porro deliberat: 259/266; 39.) Legatio Moesorum regis ad Andronicum iuniorem de amicitia ob ductam eius sororem instituenda; mittuntur vicissim legati, qui pacem confirmant; mos imperatorum, quo Scytharum satrapas sibi devincirent; de aliquot eorum incursionibus in Thraciam et felici cum iis conflictu; alios persequitur imperator; flumine intercedente ab utraque ripa fit colloquium: 265/272; 40.) Obitus Irenes imperatricis, coniugis Andronici minoris; consultatio avi cum nepote de altera ducenda; legatio ad Sabaudiae comitem pro Anna, sorore eius, quam frater praeterito rege Franciae imperatori despondet, et desponsatam honorifice tractat: 271/276; 41.) Coronatio Andronici iunioris et tota illa caerimonia describitur: 275/290; 42.) Cum magno et nobili comitatu Anna imperatrix Byzantium adducitur; nuptiae fiunt, ipsa coronatur; Sabaudi nobiles commendantur, imperatorem ludicras artes docent; cum Persis praedonibus dimicatur cum victoria; imperator in pede vulneratur; cum Michaele, Moesorum rege, colloquium; senioris imperatoris ira et alienatio a nepote recrudescit: 289/294; 43.) Ioannes Palaeologus panhypersebastus tyrannidem adfectat; litterae filiorum magni logothetae ad eundem interceptae; Andronico iuniori traduntur, qui logothetam officii admonet; cuius responsum arrogans; protovestiarii minae in logothetam a iuniore imperatore coercentur; quem apud avum iratum excusat et poenam eius deprecatur; utriusque in benemeritum ingratissimus animus; bellum se aperit; Andronicus et socii ex innocentia sua opem vincendi capiunt: 293/302; 44.) Avus nepotem per legatos monet, ne Byzantium ingrediatur; ille dolens ea denuntiatione Deum testatur innocentiae suae nec recusat, si legitime accusatus se defendere nequiverit, quin poenas det; eius memoriam e sacris per omnia templa tolli vult avus; patriarcha diserte nepoti patrocinatus refragatur: 301/306; 45.) Nepos avum rogat, ne novo istoc bello imperium Romanum cladibus cumulet, iterumque se ad dicendam causam offert; magnus domesticus per litteras idem contendit, nepotem tuetur, ab audiendis sycophantis dehortatur; terrorem in extremo adiungit, si secus fecerit: 305/310; 46.) Nepos avi responso contristatur, patriarchae calamitatem suam per litteras exponit, eius et episcoporum opem ad conciliandam pacem implorat; faciunt illi, quod rogantur; quattuor et viginti diversorum ordinum ad eum mittuntur, a quibus, quid ei obiciatur, intelligat et qui controversiam diudicent; archiepiscopus, quo fine advenerint, edictat: 309/316; 47.) Oratio iunioris ad synodum, adversarium avum rapit in odium, iudices sibi benevolos reddit; fiduciam causae prae se fert, breviter obiecta quaedam diluit: 315/318; 48.) Culpam calamitatis omnem in avum confert non sine commendatione sui, nititur probare se foedus sanctum habuisse, avum violasse, cuius litterae huius rei testes ad protovestiarium et aliae Cocalae cuiusdam recitantur; docet etiam non idcirco foedus se rupisse nec periurium incurrisse, quamvis pecuniam acceperit: 317/328; 49.) Cocalas impudens calumniator coarguitur; iocus amarior in eundem; episcopi imperatorem iuniorem damnare non audent, rempublicam ei commendant; is avi pertinaciam accusans medicinam quandam malorum proponit et de iure suo multum remittit; eius ad senem responsum officii sui commemorationem, senis molestam reprehensionem, pacis petitionem, subiectionem humilem plane et terrorem, nisi cedat, complectitur: 327/336; 50.) Cocalas narrat seni omnia; episcopi et ceteri tacere iubentur; patriarchae urgenti audientiam durius respondetur; eius oratio, qua cum summa libertate se nepotis patronum contra avi iniquitatem fore pollicetur; internuntii patriarchae in carcerem traduntur, ipse in monasterio, episcopi aedibus suis includuntur, magnus domesticus pace desperata non ultra desidendum monet; idem sentit protostrator; iunioris imperatoris consilium a domestico improbatur: 335/344; 51.) Rhegio Byzantium iter tendunt; litterae amicorum acta nuntiantes; imperator paucis comitibus ad moenia procedens avum ad colloquium invitat; si nolit, marchionem Montisferrati patruum ad se mittat; iubetur ab urbe discedere; Marci Caballarii de muro in imperatorem convicia; rursus de officio suo cum insectatione inexpugnabilis avi pertinaciae; Selybriae rebus constitutis Apocauchum relinquit; copiae ad Didymotichum convenire iussae; Andronicus Tornices et Manuel Lascaris de proditione insimulati Thracia in exsilium

pulsi: 343/350; 52.) Protostrator Thraciae praetor creatur; Andronicus nepos cum magno domestico et parte copiarum in Macedoniam cum hostibus conflicturus abit; matrem apud Gratianopolin invenit; in hostes itur; qui timentes sibi Pheras concedunt; Zichnae deditio; hostes Pheris ad pugnam elici non possunt; de postulatis praestandis se excusant; domesticus recedendum suadet; Zichnam redeunt: 349/356; 53.) Ad occupandam Thessalonicam imperator nepos vocatur; partium studia et conatus; portis apertis recipitur; Pherenses subsidium ad arcis propugnationem mittunt; sed caeduntur; fugantur subsidiarii; miraculum de sanato pede imperatoris ope S. Demetrii martyris; in arce factiones duae, quae impunitate concessa imperatori se dedunt: 355/366; 54.) Quaeritur, quo eundum sit; magnus domesticus Edessam et Castoriam suadet; omnes approbant consilium; litterae mittuntur; promptos inveniunt ad deditionem; quid duces senioris egerint; ingens occidentalium ad iuniorem defectio; protovestiarius et despota aliique ad Triballos confugiunt, sed intercepti ad imperatorem adducuntur; pecunia omnis uxoribus eorum donatur, ut sit, quod in viros exsules impendant: 367/372; 55.) Castoria et Achris se dedunt; protovestiarius et alii Cralem adversus imperatorem ad bellum exstimulant; dolus uxoris protovestirarii in mundo muliebri celando; proditor protovestiarii suppellex aurea et argentea; donat eam imperator magno domestico, sed ab eo contempta in milites distribuitur, quoad nummos aureos; reliqua nobilibus et aerario donantur; agrestes Albani se dedunt ultro; Chreles Triballis pacem suadet; Romani fugitivi tertio Cralem ad arma sollicitant et a proceribus Triballis increpantur; variae rationes, quibus iuventur, a Crale iis proponuntur: 371/380; 56.) Protovestiarius moritur; Prillapus deditur; Asanes Prosaco spoliatur; imperator Strumbitza et Melenoci frustra tentatis Thessalonicam redit; de victoria nuntius a protostratore; quo se parum laetari imperator pro concione testatur; victores remuneratur; alius nuntius de foedere senioris cum Moesorum rege inito; denuo Byzantium movet, pacem, ut antea saepius, petit; iubetur abscedere; abscedit et rediens eandem petit; duo Byzantii occasionem urbis capiundae ostendunt et suam in id operam pollicentur: 379/386; 57.) Illustre exemplum mansuetudinis Andronici iunioris; proditores paene coacti petunt viginti iugera; maiora promittuntur; Moesorum rex adest cum copiis; Logos abire decernunt; quaeritur, quo fine idem rex ter mille equites Byzantium miserit; Ibanes, dux Moesiae, a finibus recedere iubetur; eius responsum fraudulentum, monetur avus a nepote de periculo a Moesis vitando, monitionem contemnit: 385/392; 58.) Legatio Andronici iunioris ad Moesorum regem, qua quaeritur, quid venerit; minae intentantur; Moesus iurat se non contra illum venisse et ad confirmandum e sacris reliquiis crucem de collo mittit; timet, ne suis noceatur, Ibanem revocat; scalae et reliqua ad urbem oppugnandam parantur; die Pentecostes Logis abeunt versus Byzantium; sequitur magni domestici et imperatoris in militibus digerendis et praecipiendo labor: 391/398; 59.) Quo pacto Constantinopolis capta sit; portis apertis imperator ingreditur et post eum protostrator cum reliquis copiis; mira humanitas nepotis in avum; patriarcha e monasterio tamquam carcere liberatur: 397/402; **Liber II**: Argumentum: 401/406; cap. 1: Nepos docet, quam avo providerit et quam reverenter eum tractaverit; magnum logothetam venia, protostratorem urbis praefectura donat; a patriarcha, ut episcopis adversariis offensam remittat, obtinere nequit aliis de se bene meritis gratias agit; de Marco Caballario quaesito et in conspectum imperatoris adducto historia, ex qua et vis conscientiae in illo et in imperatore divina quaedam clementia elucet: 407/414; 2.) Magnus domesticus ad patriarcham episcopis reconciliandum missus nihil agit; dies iudicio praestituitur; de mente domestici quaestio inter episcopos; pro reis ipse orationem habet deprecatoriam et patriarcham flectit; absoluti gratias imperatori agunt, qui amicos separatim remuneratus communiter civitati benefacit: 413/420; 3.) Moesorum rex Thraciam superiorem devastat; imperator cum eo depugnaturus Bizyam abit; Moesus clam domum recedit, usus strategemate; imperator incursans Moesiam Diampolin capit; iterum irrumpens in Thraciam Moesus Bucelum occupat, Probatum obsidet; exprobratur ei perfidia cum minis; causam praetendit uxoris ius in paternum imperium,; prolata lege refutatur territusque magnitudine Romani exercitus Bucelum redditurum pacemque se servaturum promittit; causa audaciae Moesorum; milites se spoliis privari dolent; amicitia renovatur, uterque domum abit: 419/428; 4.) Magnus domesticus Syrgianni mitiorem carcerem impetrat; postea libertatem ei petit; imperator miratur eam non statim petivisse, cum eius amori daturus sit omnia, cuius magnitudinem declarat; domesticus ipse quoque suum amorem in imperatorem praedicat et rationem facti reddit; Angelus, magnus stratopedarcha, pro egregio duce commendatur; imperatoris mater Xena se de Syrgianne celatam a domestico irascitur; Syrgiannes e custodia dimittitur: 427/436; 5.) Germani iure hospitii ab imperatore pecunia adiuvari petunt; magnus domesticus respondet aerarium exhaustum esse, milites iis suppedituros; Germani recusant, abundare se militibus; dimittuntur cum honore; exponitur calliditas domestici, item quomodo approbante imperatore partem onerum et curarum suarum in humeros Apocauchi reiecerit; causae, quare imperator Cyzicum profectus sit; cum Za-

merchane satrapa, qui orientales Romanorum urbes vexabat, pacem facit ; Moesi cum imperatore perenne foedus iciunt : 435/440 ; 6.) Imperator barbaros in Bithynia invadere cogitans Contophris praefecti consilio incitatur et docetur ; barbari ad editiora loca se recipiunt ; Orchanes satrapa in locis montanis et impeditis tendit ; quibus conspectis placet Romanis non ultra progredi ; postridie tamen acie in campo instructa eos exspectant ; Orchanes contra suos instruit partemque in insidiis collocat ; pugna varietate mira ; victoria penes Romanos ; concio imperatoris : 441/452 ; 7.) Consilium magni domestici, quia hostes se victos fatebantur, in castra redeundum et Byzantium postridie revertendum ; placet, in castra reditur, triumphus canitur ; pars Persarum insequitur abeuntes ; confligitur in via, cum quidam ordines suos deseruissent, quos et domesticus et imperator reductum eunt, sed uterque summo periculo ; Sebastopulus cum trecentis fugatur ; Byzantium nuntius ad protostratorem mittitur, castra custodiuntur : 451/458 ; 8.) Orchanes, vel hostis, laudat Romanos pro concione, in locum tutiorem abscedendum suadet ; dissuadent senes et qua ratione in eodem loco remanendum sit, edocent ; duplex de imperatore per castra rumor et militum trepidatio, quorum fugam domesticus inhibere nequit ; imperatorem lembo vectum Constantinopolin frustra quaerit ; exercitus fugiens in quattuor oppida se dispertit ; apud Philocrenen accepta calamitas : 457/466 ; 9.) Amor imperatoris in magnum domesticum ; docetur, quantum contenderit, ut eum consortem imperii haberet ; quem tamen honorem ille constanter repudiavit, cum alioquin re ipsa parum omnino ab imperatore differret, quandoquidem penes eum erat tota imperii administratio ; sed certis de causis a nomine et insignibus abstinebat, quae tamen postea admisit : 465/474 ; 10.) Quomodo Benedictus Zacharias Genuensis posterique Chium insulam sibi propriam fecerint ; eius recuperandae occasionem Calothetus, dynasta Chius, matre magni domestici conventa ostendit ; a qua filius et imperator Didymotichum Byzantio ob id evocantur ; cum Calotheta praesentes colloquuntur ; consilium magni domestici, quo pacto cum Martino, qui tunc Chium obtinebat agendum sit : 473/480 ; 11.) Numerus navium in Chium proficiscentium, trierarcharum ambitiosa contentio ; qua conditione imperator Martino insulae praefecturam relinquere statuerit ; eius contumacia ; Calothetus adiuvare Romanos metuit ; Benedictus castellum imperatori tradit ; Martinus rebus desperatis se dedit et Chiorum manibus a magno domestico eripitur ; Martinus in vincula traditur, uxor, liberi, famuli exsilio multantur ; eius militibus duplex conditio proponitur ; imperatoris non tam in bene mereri cupientes gratus animus : 479/484 ; 12.) Imperator ad gratiam Benedicto referendam Chii praefectura eum ornare vult cum reditibus amplissimis ; homo avarus et ambitiosus totam insulam pro peculio petere audet ; imperator eum sanare conatur ; datur spatium ad deliberandum ; manet in sententia pertinaciter, Galatam triremes petit, quas illi negat imperator ; iterum deliberandi spatium datur ; Benedictus pro fatuo habetur ; consilium magni domestici de infamia imperatori fugienda ; a Latinorum conventu Benedictus pro insano damnatur ; honores illi exquisitissimi cum viginti aureorum milibus promittuntur, spernit omnia ; imperatoris virtus laudatur ; Benedictus Galatam navigat : 483/494 ; 13.) Imperator Phocaeam veterem veniens a duobus Persarum satrapis colitur ; Phocaeam novam in deditionem accipit quam Arego Genuensi ut praefecto committit ; Persae Traianopolin et Beren depopulantes partim occiduntur, partim capiuntur ; Benedictus cum octo triremibus Chium ultionis et insulae subigendae causa infelici eventu appellitur : 493/498 ; 14.) Periculose aegrotus imperator tertium magno domestico imperium defert, qui recusat ; aegrotus medicos obtestatur, uti se ante mortem cuculo monachi induant ; oratio eius pathetica : 497/502 ; 15.) De Xena matre imperator nihil statuit ; magnus domesticus iuramenta excipit, praefectos urbium decernit, insignia imperatoria quartum repudiat ; ut Constantinum despotam occidat aut oculos ei eruat, adduci nequit ; eum libere dimittit, occulte quidem ; protostrator, Byzantii praefectus, de statu imperatoris fit certior ; iubetur iurare et aliis iuramentum deferre : 501/506 ; 16.) Andronicus senior vitae suae timens fit monachus ; iunior iterum flagitat monasticum habitum et cum ingenti gaudio impetrat ; domestico subirascitur, per quem stet, quominus pater spiritualis, quod maxime cupiebat, ad se in tali tempore veniat ; domestici lacrimae ; medicus quoque eius stropham aegre fert, et domestici cum eodem expostulatio ; quomodo eundem medicum terruerit ; mandatum ultimum imperatoris de corpore suo examini : 505/516 ; 17.) Miseratur magnum domesticum iamiam moriturus, ut putabat, imperator ob molestias ex imperio illi suborituras ; amorem suum rursus testatur ; effusa domestici lamentatio et lacrimae ; nocte proxima moriturum respondent medici ; adsunt omnia mortis indicia, Libitina paratur, aqua de fonte Matris Dei sanatur ; omnes miraculum agnoscunt ; Deo se gratos demonstrant : 515/522 ; 18.) Magnus domesticus gestorum rationem reddit, Syrgiannem cum copiis in occidentem missum non probat ; revocari tamen vetat ; qui delatorum litteris a domestico alienatur ; despotae tragoedia narratur et e carcere liberatur ; avum monachum factum cognoscit imperator ; causam quaerit ; Domesticus, quid rumore feratur, indicat doloremque imperatoris consolatur ; eum imperator praeteritae cogitationis admonet, de qua se-

quenti capite: 521/524; 19.) Andronicus iunior avo imperium redditurus rem cum magno domestico communicat; qui, postquam intellexit voluntatem esse seriam, monet, ut prius secum diligenter cogitet, quid agat; proponuntur causae tres, quae moverint imperatorem, et refutantur; ipse imperator negans se illis motum duas alias affert, quibus impellatur: 523/530; 20.) Oratio, qua domesticus illas duas causas refutare nititur, obtrectationem improborum et honorem ac voluptatem avi; imperator se Byzantium confert S. Mariae pro recepta sanitate gratias acturus; hominum concursus; Thraciae urbes lustrat: 529/538; 21.) Persae praedatores caeduntur; Achris Triballorum obsidione liberatur; Moesorum rex et imperator pacta societate in Triballorum regionem irruunt; Triballi Moesis copiis integris occurrunt, hostes partim caedunt, partim fugant; rex vulneratus moritur; in imperatorem Crales nihil molitur; Michaelis coniux, soror imperatoris, cum liberis pellitur; in concilio decernitur in Moesiam proficiscendum, ubi magnae spes ostentarentur et expulsa imperatoris soror iusta esset belli occasio; vastatur Moesia; aliquot oppida se dedunt; in locum Isaiae patriarchae magnus domesticus Ioannem presbyterum subrogandum suadet et episcopos quosdam callido quodam commento ad id permovet: 537/552; 22.) Persae praedones occiduntur, capiuntur, fugantur; pars his auditis in orientem refugit; Syrgiannes contra domesticum conspirationem facit; aequanimitas domestici; Zamplaco Syrgiannem apud imperatorem accusat; ille inficiatione se defendit: 551/558; 23.) Syrgiannes domestici opem implorat et culpam confitens meliora pollicetur; domesticus enumerans sua in eum merita eum ingratissimum esse convincit et cum conditione promittit auxilium; praeterea quid Syrgiannes fecerit et quid nunc facere debeat: 557/562; 24.) Testibus iam praesentibus Nicaeae obsidio nuntiatur, imperator cum classe eo proficiscitur, ad pugnam non venitur, sed pax certis conditionibus componitur; iudicium Syrgiannis exercetur, ampliationem petit, magni domestici opem iterum flagitat et Byzantio clandestina fuga se Galatam proripit; ab ipso imperatore quaesitus non invenitur; Euboeam inde, postmodum ad Cralem fugit eique contra Romanos operam navat; imperator exercitum contra eum conscribit: 561/568; 25.) Sphranzes quidam ad referendam imperatori pro meritis gratiam se illi adversus Syrgiannem offert; cum domestico consultat, quo pacto sine pugna hostem vivum et vinctum adipiscantur; Sphranzi res mandatur et praefectura committitur; imperator in Macedoniam ducit; Persarum incursio et infortunium; dolus, quo Sphranzes Syrgiannem iugulavit; praemia in eum collata; pax cum Crale, urbes a Syrgianne subactae ad fidem imperatoris redeunt; Crali adversus Ungrorum regem auxilia mittuntur et cum honore domum remittuntur: 567/576; 26.) Factione duorum principum regina, Michaelis prima coniux, regno pellitur; Alexander, Stranzimeri filius, rex creatus cum Moesis et Scythis auxiliaribus urbes imperatori deditas recuperat; protostrator praefectus Mesembriam mittitur; Persae Nicomediam obsessuri imperatoris adventu audito domum refugiunt; in Moesiam irruptio, Moesorum ignavia; pax ea conditione fit, ut Romani pro recipienda Anchialo Diampolin Moesis reddant: 577/582; 28.) Scythae veniunt Alexandro contra patruum suppetias, quos per fraudem in imperatorem immittit, quibuscum et una cum Moesis proelio acerrimo contenditur; Moesi superiores sunt; Alexander foedus et filiam imperatoris filio suo uxorem petit; differtur affinitas, foedus patratur; compranditur et Romani a Moesis egregie praedicantur: 583/590; 28). Amurius Persa satrapa in Thraciam irruit, Romani occurrunt, a neutris tamen pugnae fit initium; Persae domum abeunt; Andronicus senior et Xena, imperatoris mater, vita decedunt; Monomachus, Thessaliae gubernator, ad principatum grassatur; Thessali montani imperatori oboedientiam deferunt; ad Cralem ut amicus inopinato venit, quocum dies septem iucunde exigit: 589/594; 29.) Dominicus quidam Genuensis Lesbum insulam occupat; imperator facinus Galatensibus exprobrans cum classe eo contendit; Delii a Dominico deficiunt, reliqui cum Romanis confligere pertimescunt; Pincerna ad Mitylenen oppugnandam relinquitur; cetera oppida se Romanis dedunt; a Sarchane satrapa ad Phocaeam et Mitylenen obsidendas petitur auxilium cum promissione liberandorum obsidum; Phocaeenses acerrime se defendunt; Cheter, Amur et Sulaimasas, filii satrapae Ioniae, fidem ei suam pollicentur; nobilium Romanorum clandestina perfidia: 593/602; 30.) Ingens Persarum auxilium; magni domestici et Amurii Persae satrapae colloquium et amicitia et illius apud hunc auctoritas; domesticus invitatum in tabernaculum suum nobilem quendam, Ioannem Spinulam Latinum, longiore oratione allocutus deditionem urbium suadere conatur: 601/610; 31.) Spinula culpam fatetur, consilium a domestico petit; suadet veniam ab imperatore petendam et obsides Persas ei condonandos, Mitylenen et Phocaeam restituendas; quam multis bonis eos remuneraturus sit, imperator docet et, ut maturent, hortatur; Phocaea et Mitylene redduntur; filios obsides Persae laeti accipiunt, Lesbos tota recuperatur: 609/614; 32.) Albanorum rebellio et incursiones; spes Acarnaniae recuperandae; in Albanos cum Persico supplemento expeditio; victoriae et praedae immensitas; civitates ante ab Albanis vexatae diem festum agunt; Persae domum redeunt; Acarnanum procerum de imperatore admittendo pugnantes sententiae; ipsius reginae consilium: 613/620; 33.)

Approbatur reginae consilium; legati ad imperatorem mittuntur; de nuptiis cum domestici filia assentitur; *αὐτονομίαν* recusat; deditur Acarnania; mansuetudo et munificentia imperatoris in deditios; providentia oppidatim, puer Nicephorus a malevolis Tarentum traducitur; imperator constitutis praefectis et praetore et Deo recuperatam tandem aliquando provinciam gratulans Thessalonicen abit; filiam Alexandro, Moesorum regi, despondet: 621/626; 34.) Persarum incursio et in illis trucidandis, capiendis, fugiendis magni domestici et ipsius imperatoris praeclara virtus; nuptiae apud Adrianopolin filiae Mariae cum Michaele, Alexandri filio; ducitur nova nupta in Moesiam; Acarnanes deficiunt, protostratorem in carcerem tradunt; Nicephorum a principe Tarentina repetunt et ab ea auxilium petunt; quem illa libenter, e duabus filiabus altera ei desponsa, dimittit; quaenam haec mulier et quam ambitiosa fuerit; Ioannes Angelus Pincerna et Monomachus cum copiis in Acarnaniam mittuntur; eodem postea ipse imperator veniens res memorabiles gerit: 625/632; 35.) Magnus domesticus Cabasilae aegre colloquium impetrat; defectionem urbium illi exprobrat; tertio die reversus ad deditionem flectere frustra conatur; demum persuadet et laetum nuntium imperatori Artam allaturus in itinere ad fontem prandet; eo venit Cabasilas consilium quaerens; quem edoctum dimittit et postridie nomine imperatoris urbem accipit; Cabasilas cum primoribus ad imperatorem a magno domestico adducitur, fidem constantem promittit; imperator eum ceterosque collaudat et muneratur; Artaei Rhogios maledictis proscindunt et obdurant: 633/638; 36.) Magnus domesticus Artaeorum pertinaciam castigat; quae bona perdiderint, quae mala passuri sint, ostendit; eorum in Rhogios contumelias aegre fert; quam inique resistant et quomodo Acarnania Romanis debeatur, docet; hortatur, ut se illius fidei permittant; Artaei deditionem decernunt, praeteritam pertinaciam excusant; laudat eos et gratias agit domesticus; imperatoris et exercitus mala valetudo: 637/646; 37.) Thomocastrenses a magno domestico obsidentur; quare fuerint tam superbi et refractarii; ad deditionem exstimulantur; eodem scopo et cum paedagogo Nicephori multis agitur; ille rem ad primores refert et renuntiat; concilio visum deditionem imperatori faciendam; laudat domesticus factum; paedagogum cum Nicephoro et optimatibus ad se redire iubet: 645/654; 38.) Ab imperatore benigne et munifice excipiuntur; Matthaeus Cantacuzenus, magni domestici filius, Demetrii despotae filiam uxorem ducit; Apocauchus enixe contendit, ut sibi monachum fieri liceat; eius preces imperatori suspectae sunt; exploratur animus; iterum instat et classis contra barbaros praefecturam, ut sibi et reipublicae salutarem, petit et impetrat; imperator Apocauchum pro ignavo et improbo habet; recensentur castella, quae aedificaverit, et urbes, quas instauraverit: 653/662; 39.) De Barlaamo monacho Latino, quomodo turbas in ecclesia Constantinopolitana exorsus sit; laus Gregorii Palamae et duorum eius fratrum propter monachismum; monetur Barlaamus, ut genus vitae *τῶν ἡσυχαζόντων* lacerare conviciis desinat; de lumine, quod sanctos circumfulget; divinum et increatum lumen videri posse oculis corporeis; de lumine in monte Thabor, quod Barlaamus increatum negabat: 661/672; 40.) Synodus in Sophiae templo; causam prior agit Barlaamus; respondet ei pro omnibus Palamas et lumen Thabor quid fuerit, docet; Barlaamus magni domestici opem supplex orat; eius prudens consilium; oppositio Barlaami, responsio domestici, qua motus ille culpam suam confitetur in synodo; datur amanter venia; relabitur Barlaamus et in Italiam aufugiens fit episcopus; de novis turbis, quas Gregorius Acyndinus, Barlaami discipulus, concitavit; imperatoris morbus; Apocauchus magno domestico suadet, ut imperii insignia assumat, sed reicitur; eundem et mater reicit; consilium domestici ad imperatricem; mors imperatoris: 671/692; **liber III: Argumentum**: 693/702; cap. 1: Narrata breviter repetuntur et narranda promittuntur; narrandi causae duae; comparat se cum aliis harum rerum scriptoribus et veritatem sinceram promittit; luctus imperatoris ob defunctum imperatorem; magni domestici diligentia et in procurando imperio sollicitudo; funus imperatoris magnificum et sacra piacularia: 703/708; 2.) Ambitio patriarchae; consilium magni domestici de excommunicandis insidiatoribus filiorum imperatoris; pia imperatoris recusatio; tandem importunitas domestici ab invito assensum extorquet; patriarcha regnare contendit; Sismanus exsul ab imperatrice petitur; eius fratrisque et matris conditio; consultatur de reddendo; Chumni in domesticum convicia; imperatrix litem praecidit; binae sententiae de Sismano; patriarchae sententia vehementer laudatur; domesticus imprudentiam consultantium reprehendit et rectius suadet; patriarcha culpam agnoscit; ex Chumni dicterio civilis seditionis augurium et domestici se abdicandi renovatum desiderium: 707/718; 3.) Amor in imperatorem mortuum; fastidium potestatis et causa nova; Chumni contumeliosum dictum non vindicatur; excusant se patriarcha et imperatrix; domesticus multis verbis studium et fidelitatem in imperatorem virum declaratum significat et imperii administrationem in concilio deponit, obscure patriarchae ambitionem huius rei causam indicans: 717/724; 4.) Dolor et lacrimae imperatricis ob inexspectatum nuntium, item querela de viduitate sua et puerorum orbitate neglectoque ab domestico amici officio; eam porro amicitiam exaggerat et

miris modis ad mutandum consilium inflectere virum conatur : 723/728 ; 5.) Responsum magni domestici praesente patriarcha ad imperatricem ; mos bonorum virorum in pacificatione ; exponit, quid eius nomine patriarcha sibi dixerit, ut, num vera sint, intelligat ; deinde suspicionem affectati imperii a se removet, etiam divini iudicii metu adducto et a calumniatoribus cavendum esse monet ; conditionem proponit, qua servata ad imperium demum regendum se revocari patietur : 729/736 ; 6.) Imperatrix orationem domestici laudat, pollicetur,quae ille voluerit ; magnus domesticus mentem suam interpretatur et iudicium adversus se postulat, si peccare videatur ; iusiurandum utrimque datur ; domesticus imperatricis fidem, ut mulieris, suspectam habet ; patriarcham per beneficia in illum collata obtestatur, ne calumniatoribus suis credat et causam suam ut tueatur ; patriarcha omnem operam suam spondet et sponsionem iuramento sancit : 735/742 ; 7.) Sismanus a legatis regis Alexadri petitur ; magnus domesticus reprehendit, quod ideo bellum intentet, et transfugam reddere recusat et pro eo Moesis bellum grave minatur ; legati fractis spiritibus triginta dies ad reditum responsumque regis renuntiandum impetrant ; imperatrix et proceres de prudentia domestici gratis animis laetantur : 741/750 ; 8.) Cur milites ad arma tardiores ; patricii cuiusdam professionum scribae desiderium iuvandae reipublicae ; eiusdem pecunia, quam liberaliter ad usum reipublicae domestico offert ; ille de facto hominem commendat ; antiquum munus ei denuo mandat idque ipsum extollit ; oblatam accipere pecuniam in tempus necessarium differt ; militum reditus cum insigni eorundem laetitia exaequantur et augentur : 749/754 ; 9.) De coronando Ioanne imperatore domestici consilium et refutatio adversariorum ; imperatricis cunctatio ; classis contra satrapam Lydiae populatum venientem ; pedestris exercitus a domestico in occidentem ducendus ; iterum a patriarcha fidem exigit, quae ille sancte pollicetur ; ab imperatrice laudatur et suaviter monetur, ne se laboribus conficiat et pecuniae suae parcat ; respondet admodum ingenue et liberaliter et se rebelles coërciturum atque in ordinem redacturum promittit, et Byzantio cum exercitu discedit : 753/760 ; 10.) Ex urbibus Thraciae senatores et praesidia ad expeditionem assumuntur ; Moesi renovato foedere discedunt ;apud Chersonesum Persae caeduntur et fugantur semel atque iterum ; Apocauchus capere imperatorem adolescentem et regnare meditatur ;deprehensus in arcem suam confugit atque, ut mortem effugiat, domesticum inconstantiae rerum humanarum monet, a quo vicissim monetur persapienter et Deo imprimis nitendum ostenditur : 759-764 ; 11.) Peloponnenses Latini se imperatori certis conditionibus subiciunt, eorum litterae ad magnum domesticum plenae humanitatis et benevolentiae ; legati tractantur magnifice et cum promissis et muneribus dimittuntur ; Apocaucho Senacherimus substituitur ; eius facinora ; conspiratio et legatio praefectorum orientis ; cur sibi occurrere voluerint magnum domesticum : 765/770 ; 12.) Crales facto foedere Macedoniam depopulatur ; consultatio de eo reprimendo ; sententia magni domestici de expeditione Peloponnesiaca praeponenda, ob quam Byzantium revertendum, et quid ibi faciendum et quo omnibus comparatis eundum ; Byzantium veniens honorifice excipitur, imperatricem aegrotam salutat et lugentem adhuc solatur ; cum eadem cogitationes suas communicat, quas illa probat : 769/774 ; 13.) Clamor confusus ante palatium ; causam eius litem aliquam censet magnus domesticus ; discit se causam esse, pro cuius honore milites et nobiles linguis contra patriarcham pugnabant ; rem imperatrici narrat monens, ut homines protervos castiget, quod facit castigatione in partes certas distributa : 773/778 ; 14.) Poena in Apocauchum et eius opera rursus utendum absente domestico ; imperatrix plane abnuit ; improbitas et scelus Apocauchi in domesticum per Xenam, imperatoris matrem, a qua apud filium affectatae tyrannidis vehementer accusatur et ab eo defenditur, et ad purpuram iterum invitatur, sed recusat ; abhorret etiam plane a serenda inter filium et matrem discordia, quod quidam suadebant : 777/786 ; 15.) Obtrectatores et inimici se in gratiam conantur reducere timore mali ; Apocauchus praecipue in eo laborat ; litteras scribit, merita in se locata enumerat ; se pro ingrato accusat, veniam orat, gratum et bonum virum fore se promittit ; domesticus ingratum animum exprobrat ei, sed veniam donat ; quomodo propter fisci praefecturam tumultuatus sit Apocauchus, quem imperatrix ut confidentem et superbum severe obiurgat : 785/792 ; 16.) Apocauchus a domestico collata dignitate privatur et contemnitur ; eum per eius amicos et patriarcham placat ; imperatricem ei reconciliat ; mittuntur, qui Epibatis eum adducant, sed venire abnegat ; domesticus cohortatus omnes ad concordiam et pacem Byzantio discedit ; filiam suam imperatori iuveni despondere differt ; Apocauchus in itinere se illi ultro tradit et de iuramentis ante relectis se purgat ; eius cum matre magni domestici colloquium ; a qua admonetur, ut factis magis quam iuramentis se amicum praestet : 791/796 ; 17.) Apocauchus ab officio suo disserere incipit, ut animum patriarchae praeparet ; deinde domesticum falso crimine in odium eius rapit ; hortatur, ut periculo obviam eat ; filiam suam eius filio uxorem offert ; fiunt sponsalia ; occulte oppugnandum domesticum et imperatricem in eum per dolum et mendacium irritandam suadet ; eiusque rei modum praescribit ; quid domesticus socero suo pro filiorum liberatione e vinculis supplicanti responderit : 795/802 ; 18.) Eodem blandimento Apocauchus Andro-

nicum Asanem, domestici socerum, tentat et eum adversus generum irritat suis mendaciis, dum filios eius revera nolle e custodia liberari fingit, cum tamen possit ; et ipsum Asanem ad imperii cupiditatem exstimulat, quod etiam patriarchae faciebat ; suadet item, ut imperatricem in domesticum exulceret et imperii spe hominem demulcet ; operam suam spondet ; veritatis et mendacii nullum faciendum discrimen, quod et antea monuit : 801/806 ; 19.) Expugnato Andronico Asane duos fratres eius aggreditur ; fingit se eorum vicem dolere, segnitiem in quaerenda libertate accusat ; demum similibus sententiis, quibus priores contra domesticum, eos incendit ; nec est quidquam hoc homine audacius, impudentius et sceleratius ; tandem etiam Gabalam, magnum drungarium, magnum stratopedarcham et Zampeae filium dolis suis capit et in perniciem domestici concitat : 805/814 ; 20.) Coniuratorum astus in imperatrice convenienda, accusatio magni domestici ; imperatricis vera suspicio et interdictum ; Asani Artotus cum Zampea matre succedit, his Chumnus cum filio et Manuele Cantacuzeno genero ; omnes reiciuntur, quos Apocauchus audaciores reddit ; postremi patriarcha et Andronicus Asanes quasi triarii cum imperatrice decertant et eam vincunt, ita tamen, ut ex occidente reversum iudicio arcessendum decernat : 813/820 ; 21.) Probationibus et iudicio audito terretur patriarcha et vicissim a periculi gravitate imperatricem terret et de domestico suspicionem auget vehementer eiusque in curanda sua et liberorum salute negligentiam liberius coarguit ; ei Asanem pro optimo consiliario commendat, qui eius animum callide subiens, colophonem addit et magnifico promisso, ut alii quoque, orationem concludit : 819/824 ; 22.) Imperatricis aegritudo et anxia mens ; iterum accusationem repudiat et rursus dubitans et credens se illorum fidei tradit cum lacrimis ; mater domestici cum nepote et uxor Matthaei nepotis alterius ut in carcere domi custodiuntur ; Apocauchus fit praefectus urbi ; bellum inchoatur ; quales milites collegerit, domum magni domestici diripere et disturbare non audent ; amici ex urbe propter periculum fugiunt, veniam ab imperatrice petunt ; Gabalas legatus praevaricatur, alter in carcerem datur : 823/828 ; 23.) Fugitivi Didymotichum perfugiunt, magno domestico acta narrant ; qui aliud suspicans Byzantium eos remittere vult ; post ad imperatricem legatos mittit, illam officii admonet, ad iudicium se offert ; legati a ministris Apocauchi spoliantur et carceri traduntur ; turbantes ob id suos domesticus compescit ; legatis dicendi locus datur ; Apocauchus impedit, ne iudicium domestico decernatur, cui contumelias dicit ; legati custodiuntur ; augetur belli societas, domesticus hostis declaratur, proceres eum ad moras tollendas sollicitant : 827/834 ; 24.) Litterae imperatricis de abdicatione ad domesticum ; acerbiores Apocauchi mitti vetat ; milites bellum flagitant ; quaeritur in concilio, quid agendum ; sequitur egregia domestici oratio, qua se suspicione affectati imperii liberare et hoc nomine magnam a suis gratiam inire conatur ; consilium suum proponit, ut se in potestatem imperatricis, ad eam ultro profectus, penitus tradat : 833/840 ; 25.) Responsum procerum saepius se de his rebus seorsum et communiter deliberasse ; praeclare ipsum disseruisse, nec tamen, si faciat, quod secum statuerit, bellum finitum, sed inceptum iri potius ; si purpuram induat, melius rebus communibus eum provisurum et id omnes illustres probaturos ; alioqui mala grandia secutura ; domesticus nomen et habitum imperatoris iterum reicit et denuo suspicionem amolitur tandemque eorum voluntati propter salutem reipublicae paret ; eos ad fidem et constantiam sibi praestandam hortatur ; alia imperatorie disserit et legationem de pace mittendam censet : 839/848 ; 26.) Proceres se persuasisse laetantur, gaudet totus exercitus ; evocantur alii Didymotichum, ut eius creationi intersint ; urbibus Thraciae et Macedoniae oboedientiam imperat ; non idem omnium sensus ; litterae interceptae Byzantium feruntur, exsultant adversarii, mittuntur quaedam matri domestici et quid responderit ; facultatum proscriptio et direptio : 847/854 ; 47.) Magnus domesticus Didymotichi ornatum imperatorium capit publice eique tertio loco et eius uxori acclamatur ; epulum imperatorium et dies festus ; mira, quae in Cantacuzeni inauguratione contigerunt ; futurorum praesagia ; episcopo Didymotichi se commendat, cuius responsio et visum memoratur, additurque domestico animus ; laus illius episcopi a facultate vaticinandi et exemplum vindicatae ab eo innocentiae in femina : 853/866 ; 28.) Concio, qua se novus imperator iterum de suspicione tyrannidis occupandae excusans de iniuria conqueritur ; missionem dat militibus quibusdam ; retentos in agrum Byzantinum mittit, ut copias inde exituras arceant ; urbem ipse postea invadere cogitat ; Adrianopolitanorum contraria studia et seditio ; optimatum vexatio et direptio ; quanta invidia Cantacuzenus passim flagraverit et quibus calamitatibus eius causa laboratum sit : 865/872 ; 29.) Adrianopolitani in angustias coniecti auxilium a rege Moesorum flagitant, qui frustra Adrianopolin venit ; quantum eius adventus Cantacuzeno obfuerit ; praedatores Moesi male a Thracibus et Persis accipiuntur ; Moesi timentes pacem petunt, quam suis licet invitis concedit Cantacuzenus ; ipse quoque denuo ab imperatrice pacem petit ; eius legati violantur ; Syrales item familiarissimus intercipitur et ignominiose vexatur : 871/876 ; 30.) Divitiae Cantacuzeni direptae ; illarum immensitas ; quid doluerit ; Andronicus Asanes, Cantacuzeni socer, contra generum exercitum ducit ; quomodo tota provincia devastata sit ; barbarorum

depopulationes; e Zernomiano praedones caeduntur apud Didymotichum; Adrianopolin accedit; Pincernam Pamphilo evocat; Hebrus congelascit; Pamphilenses praesidium arcis cum ducibus Byzantium mittunt; Byzantii Cantacuzenus probrosissime conscinditur variis de causis; accusatur vehementer; a patriarcha excommunicatur; imperatricem et magistratus honorat; in convitiatorem animadvertit: 875/882; 31.) Tribus praefectis se purgat Cantacuzenus de accepto imperio et consilio non communicato; omnes offensi societatem recusant, Syrges iniquior apud Pheras eius facultates invadit; eius amicos fortunis spoliat et immaniter tractat; protostrator mutat mentem; Thessalonicen se traditurum promittit; Chreles, Triballus et amicus, Cantacuzenum ad occidentem invitat; consultatio, quo eundum; duplex sententia; posteriori assentit imperator: 881/886; 32.) Quos Didymotichi Cantacuzenus imperator duces equitum et suburbanorum reliquerit, cum quibus exierit; defectio Constantini Palaeologi; Bera castellum tentatur et propter monachos ei parcitur; Ioannes Batatzes id in fidem imperatricis redigit; eius timor; obsidio Peritheorii; Batazes promissa turpiter fallit: 885/892; 33.) Cantacuzenum pacis cupidissimum fuisse etiam antea ex eius ad patriarcham epistola plena Christianis sententiis ostenditur; patriarcha tabellarium in carcerem tradit; imperatricem facti poenitet et ab ea inter feminas honorarias innocentiae Cantacuzeni testimonium; Apocauchi desperatio et sollicitudo in coniuratis callefaciendis; eorum de imperatrice iuramento obliganda consilium: 891/896; 34.) Coniuratorum insidiosa contra Cantacuzenum oratio, qua imperatrix a pace deterretur; quod liberius ac vehementius patriarcha reliquis secedentibus facit; imperatrix ignara doli iurat; custoditur a coniuratis per vices interdiu, a famulis noctu, etiam verba eius observantur; vocantur ex Atho monte sanctiores monachi, qui ei pacem persuadeant; quod diligenter conantur et nisi religio iurisiurandi obstitisset, conata perfecissent: 895/902; 35.) Patriarcha et socii monachis irascuntur; quomodo eos ad discordiam redigere laborarint et cur; de primariis quasi in carcerem inclusis; nuntii a protostratore reversi imperatorem Thessalonicen vocant; Peritheorii oppugnatio et quibus ibidem de muro probris lacessitus sit; quomodo unum de convitiatoribus remuneratus sit; oppidani se dedunt et consilio malevoli cuiusdam ex imperatoriis deditionem astu quodam retractant; imperator Thessalonicen abit: 901/908; 36.) Ioannes imperator Byzantii coronatur; dignitates in coniuratos collatae; patriarchae fastus in vestitu; Apocauchus persona deposita summam sibi auctoritatem vindicat, propinquos et nceessarios Cantacuzeni interficit; matrem eius dirissime affligit; misericordia imperatricis in illam et rursus crudelitas archontum quoad medicum; mors eius miserabilis; caritas Theodorae, sororis Andronici iunioris, in moribundam et mortuam; imperatricis excusatio; pecuniae inventae magnitudo et distributio, horribilis calumnia in Cantacuzenum conficta; Apocauchus classem contra Cantacuzeni terrestrem exercitum parat: 909/916; 37.) Contra Syrgen vias obsidentem excogitata fraus; Polystylos munitur; missi ad protostratorem litteras referunt prohibentes nunc venire nisi Chrele adiuncto; quid Chreles invitatus responderit; unde in angustias conicitur imperator; Pheris exploratum mittuntur, captique humaniter dimittuntur; litteris se purgat Cantacuzenus; rescribitur a Syrge et sociis; fides ei denegatur; respondetur et de vi iuramenti per exempla disseritur iterumque innocentia iuramento confirmatur: 915/922; 38.) Melenicus occupatur a Cantacuzeno; Chreles cunctatur periculum fugiens; eius adventu in castra milites Romani laetantur; fluctuatio protostratoris Thessalonicae; seditio zelotarum, expulsio civium et alia tetra facinora; protostrator cum optimatibus pulsus; Thessalonicensem agrum depraedatur; Cantacuzenus afflictus in Deo spem locat; Byzantini cum sociis Thessalonicen ingrediuntur; deliberatio Cantacuzeni cum exsulibus: 923/928; 39.) Concionatur imperator, facta prius cuique potestate dicendi, quid sentiat et cur respondere subterfugerint; censet re desperata ab urbe discedendum nec tamen ad cetera desperandum; Rhentinae praesidium augendum, quod Thessalonicen incurset; quomodo Thessalia Acarnanes et reliqua continens in potestatem ventura sit; protostrator profectionem dissuadet, sed frustra; datur signum, defectio Thessalonicensium quorundam; nobiles nituntur eius iter impedire; inundatio Axii fluminis et reversio exercitus Gynaecocastrum: 927/934; 40.) Apocauchus Thessalonicen appellitur, ut quemadmodum in insulis potentiam suam ostentet; protostrator ad Apocauchum deficit, inde tumultus; imperator in defectionem meditantes ut ignavos et degeneres invehitur, quales se ipsimet confitentur et nihilo minus abeunt; in Apelmenen beneficia et eius ingratus animus et superbia: 933/938; 41.) Obiurgatur protostrator; Andronicus Asanes puer ei commendatur; magnanimitas imperatoris et eius oratio, qua difficultate rerum demonstrata pulcherrimis argumentis erigit animos militum et exemplis ad virtutem confirmat; suadet item ad principem Triballorum eundum et inde ut ab amico petendum auxilium; assentitur exercitus cum ducibus; dato signo discedunt; Apocauchus magnis copiis eos insequitur, nulla pugna propter timorem videlicet; quomodo redeuntes imperatoris transfugas exceperit: 937/946; 42.) Equites ab Apocaucho missi Edessam obsidione Triballorum liberant, castra diripiunt; Zimpanus legatos imperatoris Apocaucho vinctos offert; quibus iniuriis iidem vexati sint; quam humaniter

et liberaliter imperator a Prosaci domino tractatus sit, deinde a Libero Triballo, dynasta potentissimo et amico veteri, cuius item consilio fideli utitur : 945/950 ; 43.) Liberus Cantacuzeno Cralem conciliat, qui eidem cum uxore ad se venienti occurrit ; excipitur perhonorifice tractaturque regaliter ; ab eo calamitates suas enumerans amicitiam et auxilium petit et se de dicto excusat ; Crales mercedem societatis nimiam postulat, quam Cantacuzenus diserte, spiritu plane imperatorio negat : 949/956 ; 44.) Crales recusatione dolet ; Helena uxor causam Cantacuzeni apud proceres agens nullo modo interficiendum docet, nec vacuum dimittendum, sed adiuvandum idque gratis, una tantum conditione posita, ut amicum se fore et ablaturum civitatum nullam repetiturum iuret ; eam a prudentia laudat Liberus et consilium cum ceteris amplectitur ; imperator suorum consilium de concedendis, quae Crales peteret, iratus repudiat : 955/960 ; 45.) Crales imperatori laeta nuntiat et rogat, ne semel ablatas urbes repetat, quod ille promittit, si foedus servent ; praesente archiepiscopo inter Cralem et imperatorem iuramenta dantur certis condicionibus ; de Chrele Triballo contentio ; quo honore adveniens archiepiscopus exceptus sit ; Chreles quare ad Cralem reverti voluerit ; Melenicus Chreli traditur ; controversia propter eundem inter reges, ; Rhentina castellum Syrgi deditur ; eius in praesidiarios et cives quosdam tyrannis : 959/966 ; 46.) Apocauchus quid Polystyli egerit ; quid ad Didymotichenses scripserit, qui acerbis litteris respondent ei genus vile et mores improbos exprobrantes et se in Cantacuzeni auctoritate futuros testificantes et tabellariis sequentibus malum minitantes ; Apocauchus Byzantii cum plausu excipitur et pro libidine imperat ; Irenes uxoris et eius fratris super Cantacuzeno metus : 967/972 ; 47.) Tentantur ducum et militum animi de fide erga Cantacuzenum ; Comidopulus dux se ab eo staturum profitetur et ad idem ceteros hortatur et vult ipsum de eorum fidelitate certiorem fieri ; Batatzes eius orationem approbat, iuramentum urget ; iuratur ; nuntius ab imperatore cum eius signo in cera ; qui tamen de suo etiam addit et rem gestam, quominus audientes contristet, imperfecte narrat : 971/976 ; 48.) Suburbanus populus in oppidum insurgit, praesidium erumpit, hostem fugat, qui per varias urbes dispergitur ; aedes destruuntur ; episcopi vaticinium evenit ; proceres Triballos promissi auxili poenitet, obsidem filium requirunt ; Liberus filiam suam Manueli, Cantacuzeni filio, desponderi cupit ; utrique petitioni imperator annuit ; Liberus voto potitus laetatur : 977/982 ; 49.) Imperator cum auxiliis Pheras venit ; Syrges fit Armeniorum rex iure paterno ; Pheraei deditionem pertinaciter recusant ; ducum et exercitus morbi et funera ; Apocauchus Christopolin praesidia mittit ; Triballos abiturientes imperatoris pudor retinet ; Romani tumultuantes ab eodem amice increpantur ; facta potestate plurimi ab eo Christopolin abscedunt ; ducum ibidem periurium ; transfugarum ad imperatorem reversio : 981/986 50.) Mendacium ducum apud Christopolin ; inde Byzantii publica laetitia ; quid ibidem propter Cantacuzenum multi perpessi sint, itemque in aliis urbibus ; quae contra illi faverent ; immanitas praefectorum per aliquot exempla et cuiusdam Persae captivi humanitas in flagellatos ; impostor sacrae confessioni illudens ; iterum de victo Cantacuzeno gratiae aguntur : 985/990 ; 52.) Imperator a Crale Edessam repetit et statim accipit ; iterumque ob defectum praesidii imponendi eidem ad tempus relinquit ; Apocauchus Didymotichum invadit, sed frustra ; Empythium castellum obsidet ; Didymotichii ad verum nuntium colligunt animos ; Empythii obsidio solvitur ; Didymotichi penuria victus laboratur ; Scythae populatum venientes vacui redeunt ; Scopelenses Scythas temere aggressi peccatum suum magno luunt ; Apocauchus bellum protostratori genero committit, qui ab episcopo monetur, ut labore supervacaneo desistat : 989/996 ; 52.) Legatio Annae ad Cralem cum promissis ; responsio Cralis et fides ; item procerum Triballorum constantia erga imperatorem, quem Macarius episcopus de ingrato animo reprehendit ; legatum ad imperatricem mittendum suadet ; imperator acriter illum, ut hominem improbum, ambitiosum et proditorem et homicidam insectatur : 995/998 ; 53.) Thessali se Cantacuzeno ultro dedunt ; narrat legatis fortunam suam ; causam edit, cur in Thessaliam venire per se nequeat, et Ioannem Angelum praefectum designat ; Thessali eum libenter accipiunt ; bulla, quam Cantacuzenus eidem dedit pro suspicione tyrannidis affectatae a se depellenda ipsaque eiusdem bullae verba recitata, in qua multa Christiane et ad pios mores accommodate dicta ; commendatio Ioannis Angeli eximia, quem praefectum Blachiae et castellorum creat ; conditiones ei impositas enumerat : 999/1012 ; 54.) Vocatur imperator Didymotichum ab obsessis, venturum se promittit ; Apocauchus Cralem convenit ; utriusque scopus etApocauchi in Cantacuzenum saevitia ; stratopedarcha eum de inani sumptu in classem accusat et pacem cum Cantacuzeno suadet ; cur ab eo consilio abhorruerit imperatrix ; Crales imperatorem Pheras usque comitatur : 1011/1018 ; 55.) Crales Pheraeos ad deditionem imperatori faciendam hortatur ; recusant pertinaciter, praecipue Constantinus Palaeologus et metropolitanus ; conditio eis oblata ab imperatore et repudiata, interfecto etiam legato crudelissime ; milites Romani desperantes ; Didymotichum redire percupiunt, sequitur imperator consilium ; Crales Pheraeis vastitatem infert ; Triballi imperatorem in Thraciam sequentes quales fuerint ; ad Cralem pro maiore auxilio redire decernitur, dissentientibus et nolentibus Romanis cogitur pa-

rere imperator et Didymotichum tendere ; monetur a Didymotichensibus de periculo ; miraculum citra litteras ad imperatorem et reversio ad Triballos ; protostrator suis fit suspectus ; Apocauchus Byzantii cum gratulationibus excipitur ; falsus de Cantacuzeno rumor ; Apocauchus quosdam custodia multat : 1017/1026 ; 56.) Concio Irenes imperatricis magnanimitatis plena ; ad Alexandrum, Moesorum regem, de societate legatio et falsa promissio certis de causis ; Alexander Cantacuzeni reditum impedire eumque occidere conatur ; calliditas in copiis Didymotichum missis ; fames oppidanorum, fraus ducum Moesorum ; Moesi nolunt ab urbe recedere ; episcopi cohortatio et praedictio, item epistola ad Apocauchum pro Cantacuzeno et quaedam vaticinia ; Moesi Persarum adventu territi fugiunt ; eorum satrapam Amurium ut Irene imperatrix acceperit ; eiusdem amor in Cantacuzenum et moderatio ; transitus per murum ad Christopolin : 1025/1036 ; 57.) Pheraei Amurium commentitiis litteris circumscribunt ; quingenti Persae mortui frigore praeter captivos ; Amurius domum redit ; Didymotichenses praedones prae frigore ad hostes confugientes quomodo habiti ; oppida se imperatrici dedere cupientia cur non recipiantur ; angores et sollicitudines Cantacuzeni, cui Arbenus, homo obscurus, auxilium spondet et de Berrhoea acquirenda consilium dat ; Cralis in ea re gratificandi propensa voluntas ; quibus de causis facta deditio ; ad imperatorem legati, qui eum aversant ; admonitio Cralenae de non cunctando : 1035/1044 ; 58.) Berrhoeenses imperatorem laeti excipiunt ; Thessalonicen invadit, a qua occupanda per zelotas et populum impeditur ; Cralis perfidia, qui et Thessalonicensem praefectum in imperatorem exstimulat ; Germani eum deserere volunt ; quibus obsequens Berrhoeam redit ; naves plurimae Thessalonicen appelluntur ; propter exundantem Axium imperator affligitur ; Triballorum dolus ; ex consultatione decernitur tentandum transitum ; filii duo imperatoris commendantur : 1043/1048 ; 59.) Rusticus imperatori insidias Triballorum detegit ; cuius indicio flumen vado transeunt ; Berrhoeam veniunt, ubi Germani congiarium accipiunt ; insidiatores ad Cralem deferuntur ; duces ei ad supplicium deduntur, quibus ignoscit ; Apocauchus Cralem in imperatorem incendit, eiusdem simulatio et imperatoris responsum acre et ex parte ironicum ; cum ex tribus unum ei faciendum sit, demonstrat nullum profuturum ; periculum eiusdem eleganti fabella declarat ; sibi illa tria facilia ostendit et eius imbelliam, ut supra, irridet ; 1047/1056 ; 60.) Apocauchus e suis optimatibus consilium quaerit ; Monomachus assentatores reprehendit ; Cantacuzenum a constantia in rebus adversis commendat et felicitatem praedicat pacemque cum eo suadet ; semet pro legato Byzantium offert ; approbatur eius sententia a ceteris, Apocauchus solus repudiat : 1055/1062 ; 61.) Apocauchus Cralem ad arma sollicitat ; Crales dolose obsides a Berrhoeis petit ; imperatorem ad consultationem insidiose evocat et quomodo ab eo delusus sit ; laus divinae providentiae erga imperatorem ; Apocauchus Berrhoeenses ad defectionem hortatur, cui accuratissime rescribunt eumque contemnunt et in fide imperatoris permansuros ostendunt ; miraculum de imperatore a sagittario non laeso, etiam tertium ; petit veniam sagittarius ; \Deo gratiae aguntur : 1061/1068 ; 62.) Consultatio Apocauchi ; duplex sententia Monomachi ; haeret magnus dux et revertendum statuit ; vafrum denuo Monomachi consilium ; Persarum apud Berrhoeam latrocinia ; Cantacuzenus ducibus stoliditatem obicit ; castellum captum ; crudelitas Apocauchi in Theodorum Pepagomenum ; obscurius a Cantacuzeno dicti expositio ; mare custoditur : 1067/1072 ; 63.) Cantacuzenus Amurium ex Asia evocat ; Apocauchus eum muneribus pervertere conatur et Byzantium fugit ; tristitia Amurii ex falso nuntio ; eiusdem oratio, quae causam expeditionis, studium Cantacuzeni iuvandi et amorem erga eum demonstrat ; suadet exustis navibus per continentem ad imperatorem contendendum ; praeclare item suos ad laborem non refugiendum exuscitat ; navigatio in Macedoniam : 1071/1080 ; 64.) Persae circa Thessalonicen loca depraedantur ; imperator curat, ne Cralis regio incursetur ; ad eundem legatio, qua fides ei promittitur ; Thessalonicen venit cum copiis ; Amurii occursus ; zelotarum saevitia in imperatoris studiosos ; in Thraciam cum Amurio discedit ; Peritheorium obsidetur ; humanitas imperatoris in captivam ; legatio de pace ad imperatricem ; rapitur Apocauchus in odium ; Amurius quoque separatim eam ad pacem impellit et a sua cum Cantacuzeno amicitia terret : 1079/1086 ; 65.) Legatus Cantacuzeni crudeliter et ignominiose habetur, maledicta Apocauchi in imperatorem et eius scopus ; litteras sibi missas ab Apocaucho Amurius non opertas imperatori defert, facti consilium affert ; episcopi Didymotichensis divinus nuntius ; laetitia de reditu imperatoris et feriae ; quid Glabae cuidam praedixerit idem episcopus ; castella duo et agrestes se dedunt, quibus Momitzilus praeficitur, cuius mores describuntur : 1085/1092 ; 66.) Imperator cum Amurio Didymotichum venit ; Thraciae urbes imperium recusantes poenas luunt ; invitus urbes occupat ; morbus Amurii ; praesidium missum Adrianopolin ; praedones apud Didymotichum caeduntur et capiuntur ; Amurius mortem evadit consilio imperatoris obsecutus ; petitur auxilium ab Moesorum rege et dantur ei urbes novem ; quomodo coniurati Persas e Thracia educere conati sint per quendam Mauromatem, a quo annonam accipiebant ; Amurius suos retinere in Thracia nequit et de eo apud imperatorem eius querimonia : 1091/1098 ; 67.) Amurio imperator gratias agit, legatio-

nem de pace Byzantium mittendam suadet, quo ad discessum necessaria suppetant; reprehenditur Amurius Constantinopoli, quod se apud Cantacuzenum nimis abiciat et abiecerit; naves et pecuniam ei promittunt; is se et imperatorem defendit; locus elegans de discrimine servitutis; petitur ab eo discessus: 1097/1002; 68.) Imperator filium aegrotum visitat; miraculum circa imperatorem et comites a Persis conservatos; duo Persae exploratores a praedonibus male accipiuntur; pugna inter imperatorios et Byzantios apud Asomatum; strategema imperatoris et victoria; reditus in castra; gratiarum actio pro eius et comitum incolumitate; hortatio de vigiliis numquam omittendis; discessus Amurii in Asiam et eius promissa; quomodo idem discessus imperatori commodarit; a quibus illi statim bellum; Gratianopoleos obsidio et pactum cum captivis; Smyrna capta, naves Persarum incensae: 1101/1110; 69.) Persarum et Triballorum certamen, Persae astu quodam vincunt et pacta mercede Cantacuzeno serviunt; Gratianopolis capitur; quomodo Angelitzes praefectus pecuniam suppeditarit non modicam; obitus episcopi Didymotichensis; Alexander Moesus Morrham ingressus imperatoris adventu audito trans Hebrum fugit; legatis respondet: 1109/1114; 70.) Momitzilus tres naves Persicas exurit; Persae reliqui socios, quos ab eodem occisos falso intellexerunt, ulcisci ardent; imperator de improviso superveniente Momitzilo magnum adit periculum et suis fugientibus contra insequentes strenue se defendit; Lantzareti fidelitas erga dominum quam fideliter remuneraverit imperator; Momitzilus despota ab imperatore creatur, cui veniam petenti imperator ignoscit et eius dignitatem auget; Persae ex pacto missionem petunt et in Asiam revertuntur: 1115/1120; 71.) Imperator Palaeologus aegrotus Byzantium redit; Moesi foedifragi Apocaucho auxilia mittunt; Empythium obsidetur frustra; ab imperatore ut versipelles et mendaces reprehenduntur; callidum imperatoris consilium; gener Apocauchi in Hebro submergitur; profectio eiusdem Didymotichum cum exercitu; imperator ex composito cataphractus exspectat, repelluntur, qui oppugnatum venerunt; Apocauchus Morrham vastat; Momitzilus ab imperatrice et imperatore deficit et proprium principatum molitur: 1119/1124; 72.) Praesides imperii statum illius miserum dolent; imperatrici pacem suadent; Apocauchus Byzantium veniens insalutata imperatrice in arcem suam concedit, patriarchae inconstantiam obicit, in quanto periculo sit, docet, secum ad implacabiles inimicitias in imperatorem hortatur; quid in imperatricis et liberorum gratiam fecerit, praedicat; Gabalam quoque obiurgatum ad suas partes reducit et ei filiam suam uxorem dat eumque et socios archontas de impudentia reprehendit: 1123/1130; 73.) Legatio Apocauchi ad imperatricem, qua in Cantacuzenum de integro inflammatur; Apocauchus iterum dominatur, quamquam modestius, et legationem suadet, quo sibi consulat; mittitur legatio cum binis epistolis, quae recitantur; continent laetitiam de abdicatione Cantacuzeni, quam eum meditariApocauchus mentitus est; legati cum conditione se venturos praesignificant; imperatoris aequanimitas: 1129/1134; 74.) In acta imperatoris inquiritur et eum bene gessisse rempublicam ostenditur; adversarii refutantur; responsum imperatoris ad legatos; exprobrat principibus ignobilitatem et imprudentiam, statum reipublicae deplorat; Apocauchum exagitat et obiecta sibi crimina diluit cum recriminatione in patriarcham; repetuntur, quae inter ipsum et imperatircem de imperio deponendo et recipiendo eodem patriarcha internuntio acta sunt; item quae inter ipsum et patriarcham, ut eius perfidia pateat; queritur etiam de legatis suis Cantacuzenus Constantinopoli iniuriosissime habitis et de iniquitate in se demonstrata; separatim Apocauchus insectatur; patriarcham cum suis auctorem esse calamitatis bello acceptae et quam multiplex ea fuerit docet; reicit etiam, quod patriarcha scripsit abdicanti se et poenitenti viscera Ecclesiae aperta esse et poenam condonandam; item de vi excommunicationis disserit; concludit eos malorum omnium causam exstitisse et imperium ambire pacisque summum desiderium denuo significat: 1135/1156; 75.) Legati Pheraei veniam et opem flagitant consilio Triballorum principum; documentum inconstantis fortunae Pheraei; legatos recreat imperator humanissimus; Byzantinos legatos illorum exemplo terret, imperium defendi posse per inductionem docet; contra legatorum affirmationem imperatricem sui iuris non esse ostenditur; bona cum spe dimittuntur Pheraei et a Momitzili militibus spoliantur; Chrysobergis legati constantia in arcanis retinendis; Garella deditur; iterum pax per ministrum imperatricis rogatur: 1155/1162; 76.) Castella dedita; causa defectionis et deditionis Batatzae; remuneratio illius et cognatorum; sultani satrapae beneficentia; consuetudo diliculo prandendi; Chores cives terrae motu ob maledicentiam puniuntur; ignoscitur iis ab imperatore; muri Chorae reaedificantur; studiosi imperatoris exterminantur et ad imperatricem reditur: 1161/1166; 77.) Magnus dux iterum exercitui praefectus; per insidias Cantacuzenum accidere conatur; minaces ad eum litteras dat; respondet acriter eique sua merita ut ingratissimo et summam improbitatem obicit; in voce *oixía* argutatur; Apocauchum ut senem imbellem irridet; Heracleam venit, inde alio procedit; Persae auxiliares loca circa Byzantium devastant; fastus Apocauchi intolerabilis; Thraciae urbes se imperatori dedunt, eius in praefectis dimittendis humanitas; comparatio imperatoris cum coniuratis et ex horum vituperatione illius laus eximia: 1165/

1172 ; 78.) Urbes ad Pontum incursantur ab imperatore ; accersitur ab amicis Adrianopolin ; eorum contra vetitum temeritas ; imperatricis pars urbem recuperat ; Manuel, Apocauchi filius, praefectus urbis ad Cantacuzenum deficit ; humaniter excipitur et honoratur ; apud Byziam quid actum et qua arte eos ad deditionem movere conatus sit imperator : 1171/1174 ; 79.) Amzas Persa socium ad imperatorem occidendum subornatum prodit ; eum occidi imperator vetat liberumque dimittit ; Bizyenes habita consultatione se dedunt ; acclamatur Annae imperatrici et filio, deinde Cantacuzeno et uxori ; deditio plurimorum oppidorum ;Manuel Asanes fit praefectus Bizyae ; miserabilis exitus protostratoris et aliorum amicorum Apocauchi ; eiusdem astus, quo ignaviae opinionem effugiat ; et eius non insulsa irrisio gravisque reprehensio : 1175/1180 ; 80.) Lepide et nequiter deceptus Gabalas, homo corpulentus et obesus, super ducenda Apocauchi filia ; quomodo Apocauchus eum conatus sit vita privare imposturis admirabilibus et simulationibus vaferrimis : 1179/1184 ; 81.) Orchanis Persae societatem prae imperatrice Cantacuzenus obtinet ; capta ab eo oppida ad Pontum ; mirabile somnium Manuelis, eius filii ; imperator ad portas Byzantii venit ; Apocauchus cum paucis egressus refugit ; Romani et Persae agrum, imperatore et Romanis commiserantibus, depopulantur : 1185/1190 ; 82.) Galatae cupientes de auctore belli et causis cognoscere legatos ad Cantacuzenum sciscitandum mittunt ; sunt duo monachi, quorum alter Annae imperatricis cognatus ; respondens imperator rem a capite arcessit et quam indigna perpessus sit, docet ; de Persis etiam advocatis se defendit et adversarios eorum opem frustra implorasse docet ; quantum temporis in hoc colloquio consumptum sit : 1189/1194 ; 83.) A loco communi exordium Aregi monachi non esse ferendam sententiam altera parte inaudita ; se imperatorem odisse prius ex auditis, postea factum amicissimum eiusque laudes etiam in Italia se praedicaturum ; quaerit, quid de pace cogitet ; imperator se ipsius amantem demonstrat ; de adversariorum scelere conqueritur ; si se imperatorem esse sinant et collegam imperatoris, quid facturus sit ; eius amor erga commune ; qua conditione imperio cedere velit : 1195/1202 ; 84.) Orationem imperatoris laudat Aregus responsumque accipit, Byzantium dicta renuntianda esse ; eius precibus imperator cum exercitu recedit ; Aregus Byzantii litteras reddit, de pace principes appellat ; Apocauchus arma Byzantiis et preces indicit, se cum Cantacuzeno congressurum simulat, re infecta in urbem redit ; imperator oppida quaedam capit ; praesidianorum excursiones ; epistola Apocauchi et patriarchae ad imperatorem de abdicatione et servando promisso ; Argus monachus Graeci sermonis gnarus deluditur ; imperator epistolam, quam ferebat, ei interpretatur, ille stomachatur ; imperator quoque in illos ut mendaces et sycophantes invehitur et coelestem illis vindictam minatur : 1201/1208 ; 85.) Apocauchus frustra Empyriten oppugnat, portoria exigit ; sed res non procedit, quia potentia deest ; quomodo dissimulanter irrisus sit a proceribus ; exprobratur Apocaucho per Argum fraudulentia ignavia et timiditas ; vocatus Aregus venire contemnit et Apocauchum cum sociis palam de impietate et impudentia accusat ; Byzantium infestus venit imperator et recedit ; Adrianopolis et oppidula circumcirca se dedunt ; cum tribus dedit iis quid egerit imperator ; quomodo ad eius partes accederint intellecto eius proposito in imperio retinendo ; iuramento fidem obligant ; praefecti tres quamvis discedendi potestate liberaliter facta fidem ei iurantpraefecturasque recipiunt : 1207/1216 ; 86.) Cur Amurius ad imperatorem redire non potuerit ; legatio ad Sarchanem de transitu per Lydiam ; Persae in Moesiam incursant, cum Romanis Momitzilum petunt, qui bellum frustra deprecatur ; a Peritheorensibus cum quinquaginta intromittuntur ; in pugna occumbit ; eius exercitus fortissime dimicans partim caeditur, partim capitur ; imperator huic fortunae illacrimat ; locus communis de mutabilitate fortunae ; Xanthienses suos interfectos lugent, urbem dedunt ; mira imperatoris in coniugem Momitzilae humanitas : 1215/1220 ; 87.) De Crale ut foedifrago ulciscendo ; Pherae ad defectionem a Romanis sollicitantur ; factio imperatori auxilium petit ; minatur Crali, ni discedat et foedus frangere desinat ; repetuntur imposturae Apocauchi ; eius consilium de relinquenda continente et mari habitando ; tyrannis eiusdem in Byzantiis carcere et pecunia multandis et spoliandis ; de carcere, quem aedificare cogitabat ; quomodo cum imperatrice affinitatem per filiae matrimonium quaesierit et litteris suppositiis ei periculum crearit ; responsum Clementis papae, et quid facturus Apocauchus, si dolus procederit : 1221/1228 ; 88.) Custodia se munit Apocauchus, triremen ad fugam paratam habet ; laborat summa invidia ; urget aedificationem carceris ; de compacto a vinctis occiditur ; eius cadaver et caput resectum de muro ostentatur ; interfectores a populo paucis effugientibus obtruncantur ; amicorum et uxoris litterae ad Cantacuzenum de morte Apocauchi et invitatio Byzantium eiusque occupandi commoditas : 1227/1232 ; 89.) Legationis ad Cralem relatio, consilium de factione illius Pheris exigenda ; suadent in concilio proceres eundum sine mora Byzantium ; quos imperator refellit ; potius prius Pheras sibi eundum ; Persae duces vincunt, statim cum omnibus copiis Byzantium redeundum ; uxor Apocauchi Epibatas secedit ; imperator culpam amissarum Pherarum et urbium Macedoniae in Persas duces conicit, quibus persuadet, uti secum in Macedoniam revertantur ;

Sulimanus Persa moritur; Amurius ad suam provinciam defendendam redit domum; Sarchani innocentiae suae vix fidem facit; Crales Pheras occupat, se Romanorum et Triballorum imperatorem proclamari iubet; filium Cralem appellat: 1231/1238; 90.) Batatzes ab imperatore relictus agrum Byzantinum vastat; ad imperatricem ex ambitione deficit; quare imperatrix a pace tantopere abhorruerit; imperator Batatzen ad fidem servandam hortatur; eius simulatio; imperatorem ad arma contra se cogit; somnium imperatoris; a Persis propter Cantacuzenum Batatzes occiditur; Empyrite oppidum imperatrici deditur; imperator Byzantium cogitat, quem Hierax et Paraspondylus cum cohortibus sequuntur; Phrangopulus aegrotus et contra voluntatem imperatoris in castra adductus eum proditis insidiis servat: 1237/1246; 91.) Hierax necem imperatoris promittit; eius rei nuntiis non credit imperator, postea credens Hieracem officii admonet; negat ille factum; creditur; denuo cum Byzantiis agit perfidus et idem facit quidam Paraspondylus, qui Hieracem prodit duabus de causis; Hierax in pugna vulneratur, ab imperatore visitur, molliter reprehensus iterum se innocentem esse mentitur; Byzantium fugit; quomodo se Byzantiis de caede non obita excusaverit; Paraspondylus ad imperatorem transfugit; amici imperatoris proditi ad eum se recipiunt; imperator Selybriam redit; Hierum pene occupatum et mox per negligentiam amissum: 1245/1250; 92.) Imperator Cantacuzenus coronatur ab Hierosolymitano patriarcha, uxorem coronat; Constantinopolitanus patriarcha ab episcopis excommunicatur; imperator filium designare imperatorem recusat; quo animo ad imperium accesserit; oratio eius, qua suam causam de non affectata tyrannide praeclare agit et integritatem suam declarat: 1249/1254; 93.) Caedis Thessalonicensium causa exponitur; quam Palaeologus, Ioannis Apocauchi in praefectura collega, praebuit, dum potestate abutitur, quem Apocauchus occidit; zelotarum scelus et impietas; a populo quidam trucidantur; unus per forum trahitur et lapidibus lignisque petitus occiditur; Apocauchus se pro Cantacuzeno gerit, zelotas punit, defectionem ad imperatorem simulat, patre occiso Cantacuzenismum aperte profitetur et ei Thessalonicen tradit concilio approbante; Georgius Cocalas et Andreas Palaeologus laudantur: 1255/1260; 94.) Legati ad Cantacuzenum tres; quae Thessalonicenses ab eius filio petiverint; laetitia de impetratis; Andreas Palaeologus turbas facit ex ambitione, pro qua certare parati sunt classiarii et milites gravis armaturae; zelotae populum rursus concitant; Apocauchi legatus ad Palaeologum cum vulnere effugit; Cocalas eum decipit; causae, cur optime sperent, qui ante arcem sedebant; Cocalae fraudulentia et perversitas, militum Apocauchi timiditas et perfidia; arx a Palaeologo occupatur; Apocauchus cum centum prope civibus carceri traditur; falsus rumor de vinctis; Apocauchus de muro praecipitatus capite truncatur, idem fit aliis; de esu humani adipis; Matthaeus, imperatoris filius, in Thracia rem bene gerit; 1259/1268; 95.) Imperator frustra cum amicis Byzantii clam agit; patriarcha Constantinopolitanus a papa electus Smyrnae in templo a Persis occiditur cum aliquot nobilibus; Chii Genuensibus coacti se dedunt; Phaceolatus cum suis triremibus capta Chio Byzantium redit; onerariam Genuensem capit et spoliat; vectores interficit; a Galataeis sacer fit; imperatrix Mpalicis, Carbonae principis, opem invocat; eius fratrem exercitus ducem facit; Phacerasis victoria de Tomprotitza; Orchanes filiam imperatoris uxorem petit, responsum differtur; proceres et Amurius dandam suadent; apud Selybriam sponsa populo cum singulari caerimonia ostentatur; eximia laus eiusdem: 1267/1276; 96.) Ex urbibus duabus ad Pontum speculatores missi, quorum indicio sicarius deprehenditur, qui se a facinore imperatoris voce deterritum narrat; imperatrix cum optimatibus suis Sarchanis, satrapae Lydiae, opem quaerit; Amurii techna ad Cantacuzenum adiuvandum; Sarchanis copiae ad imperatorem deficiunt, potestatem orant eundi Byzantium pro donis et pecunia accipiendis; cum iis praesides paciscuntur; deterrentur per Cantacuzenum Persae a perfidioso facto; obvios capiunt et spoliant; convivio ab imperatore duces accipiuntur; qui Byzantium praeter navigantes sagittis petunt; donatis ducibus domum remittuntur Persae; Moesiam depraedantur; imperator excusatur; eius querela de Romanis hostibus, ut auctoribus omnium malorum: 1275/1282; 97.) Monomachus quidam ad occidendum imperatorem submittitur; dolus eius et insidiae; veneni praesentia notabilis; imperator ab amicis praemonetur, insidiator impune dimittitur; Zyraces, domesticus imperatricis, Constantinopoleos sub imperatorem redigendae consilia agitat; odium Galataeorum in Phaceolatum et illius occidendi studium; imperatricis pro eo sollicitudo; eius satellitium et cogitatio de via imperatori in urbem paranda et de ea re cum Zyrace pactum; Microcephalus ad imperatorem legatus deligitur; eundem adversarii deligunt, ut quosdam interimant de imperatoris; imperator ad suspicionem vitandam Adrianopolin abit: 1281/1288; 98.) Causa, cur imperatrix a patriarcha alienata sit; res a capite arcessitur; furor et insania patriarchae in damnandis et puniendis recte de religione sentientibus; apud imperatricem ab episcopis de moribus et religione accusatur; eiusdem imperatricis diligentia in Ecclesia tuenda; indicta synodus: 1287/1290; 99.) Nuntiatur adventus Cantacuzeni Byzantium; cur imperatrix non statim crediderit; cur imperator non plus militum adduxerit; eius

sollicitudo et dolor ; amici cum timore portam Auream perfodiunt ; patriarcha exauctoratur ; imperator cum plausu populi urbem ingrediens direptiones interdicit, imperatrix palatium communit ; ei Galataei invitati succurrunt, sed a populo repelluntur ; imperator apud episcopos et cleri principes pro se causam dicit ; imperatrici minatur, nisi ad pacta veniat ; ad eam legati missi ; quanto in periculo sit, ostendit : 1289/1296 ; 100.) Laudatur virtus imperatoris ; imperatrix legationem contemnit ; imperator summopere contristatur ; causae, cur vehementer imperatrici timuerit ; castellum in Blachernis expugnatur ; propugnatores palatii defectionem meditantur ; Ioannes imperator adolescens matri auctor fit compositionis ; legatio ad imperatorem, qua se imperatrix submittit ; Asanes socer legatus ut ingratus reprehenditur, Palamas, alter legatus, de constantia commendatur ; conditiones pacis aliquot et utrimque iuramenta ; imperator in palatium ingreditur : 1295/1300 ;

Ordo rerum, *quae tomo* 153 *continentur* : 1301/1320.

Tom. 154 (1865)

Ioannes Cantacuzenus (tom. 2)

Historiae lib. IV : Argumentum : 9/16 ; cap. 1 : Fidelitatem suam in narrando testatur ; argumentum libri ; imperatrix cum filiis ante imaginem Deiparae ; iurat imperator, quod saepius antea ; Deo sycophantis liberatus gratias agit ; Helena, Cantacuzeni filia, adolescenti Ioanni despondetur, quem commendat ; iuramentum a subditis postulatur ; nobilissimi quidam detrectant soli Cantacuzeno subesse cupientes ; quod ille non patitur ; sanctio de bonis soli ; Ioannes imperator Helenam, Cantacuzeni filiam, ducit ; quies summa a discordiis et armis ; marchio e Lombardia Byzantium, Thessalonicen, Aenum ut haereditarias urbes occupare molitur : 15/20 ; 2.) Marchio a Bartholomaeo quodam deterretur ; eius epistolae ad Clementem papam et Delfinum Viennensem de laudibus Cantacuzeni, oratione admodum luculenta ; quem etiam contra accusatores defendit et Delfino commendat ; etiam Constantino aequat et Octaviano et Theodosio et Scipioni Africano praefert, scopus laudationis : 19/30 ; 3.) Imperator patriarcham salutat, praeterea itorum admonet cum reprehensione eius improbitatis ; perversitatem dogmatum ei obicit ; ad se provocandi potestatem dat ; synodus in palatio contra patriarcham eiusque abdicatio, morbus, insania, mors ; disceptatio de surrogando successore ; Isidorus eligitur ; eius laus ; quo eruperit quorundam monachorum ambitio ; eorum reprehensio ; dolor imperatoris propter dissidium ; Isidorus patriarcha imperatorem ab excommunicatione publice liberat : 29/36 ; 4.) Orchanes gener socerum imperatorem cum tota familia invisit ; potatur ; imperator cum filia et Orchanis filiis Constantinopolin redit ; in Blachernis templo iterum coronatur ; cur ; uxor iuncta Ioanni imperatori ; de ruinis templi S. Sophiae et instauratione ; urbes post foedus ablatae a Crale repetuntur ; cui reddere nolenti bellum fit accersitis ab Orchane genero Persarum auxiliis ; eorum latrocinia et inde tristitia imperatori : 35/42 ; 5.) Imperator filium iuniorem et generum despotes creat ; Matthaeum ultra extollit ; fratres uxoris sebastocratoras facit ; inopia pecuniae magna undique ; de ea viritim exigenda ; iterum contra sycophantas se defendit, de quibus vehementer conqueritur ; de barbaris in socios ascitis se purgat et de republica iuvanda sententias quaerit : 41/48 ; 6.) Responsio civium praecipuorum, qua se paratos ostendunt ad officium faciendum ; docent item, quod imperatoris, quod militis, quod mercatoris et opificis munus sit, nempe ad militem alendum conferre pecuniam ; cur ab ipsis pecuniam petat ; malevolentia adversariorum in imperatorem et criminatio ; cur eos non puniverit et totius negotii curam deposuerit ; novae insidiae per Ioannis imperatoris fugam Galatam, ubi bellum reparatur ; noxii cuncti liberantur et suis functionibus reddunturt : 47/52 ;7.) Querela procerum de iuramento exacto ; nolunt iuniori imperatori et matri subesse ; imperator ambos excusat, etiam illos, qui se fidelem fore matri et filio non possunt credere ; cum aliis se imperatoribus comparat et suam aequitatem ostendit ; imperii suscepti causam fuisse necessariam ; imperatrici et filiis non esse se infensum argumentis probat ; proceres ab Irene imperatrice similiter repelluntur ; Matthaeus filius ad statuendum sibi principatum a seditiosis incitatur ; causa, cur ad eum defecerint, et eorum haud satis pium consilium : 51/58 ; 8.) Matthaeus oppida ad suam auctoritatem adducit ; imperator suasoribus magnopere irascitur ; per matrem filius ad sanitatem reducitur ; eius feminae laus ; mors Andronici filii ; descriptio elegantissima pestilentiae et quam utilis ad morum emendationem fuerit ; dolor matris de morte filii et pueri commendatio, imperator cum genero urbes Thraciae duabus de causis obit ; iunioris imperatoris commendatio : 57/62 ; 9.) Legatio imperatoris ad Clementem papam ; legationis capita duo, amolitio opinionis fal-

sae et promissio auxilii contra barbaros, Christianorum hostes ; papa gnarus omnium bello transactorum eum miris laudibus celebrat ; duo episcopi cum eius legatis a papa remissi ; aguntur ei gratiae de cura adolescentis imperatoris et matris et de animo in barbaros ; cohortatio additur de Ecclesiarum concordia curanda ; iterum ardorem contra barbaros et studium pacis ecclesiarum ostentat ; imperator conditionem proponit de concilio ; laudatur a papa ; promittitur conventus, sed bellum inter principes Italiae totum negotium dissipat : 61/78 ; 10.) Mors papae ; Tomprotitzas se cum oppido imperatori tradit ; Persae populatores Thraciam invadunt ; caeduntur et capiuntur a Romanis ad Mesenam oppidum ; reliquiae in collem confugiunt, inde descendentes invitatu imperatoris se dedunt ; Nicephorus despota gener summum periculum socero temeritate sua creat ; a pugna revocatur ; Persae donati dimittuntur liberi ; audacia et virtus Matthaei filii ; utrimque victoriae nuntii ; de morbo renum imperatoris eiusque in eo ferendo constantia : 77/82 ; 11.) Cur Galataei bellum moverint ; eorum perfidia ; spatium supra urbem cur ab imperatore petiverint ; cur asinis comparentur ; aedificia suburbana et naves Byzantinorum exurunt ; collem turri aedificata muniunt ; reliquum spatium muro circumdant et aggeribus ; imperator Byzantii a mercatoribus et opificibus contra Galataeos vindictam rogatur ; naves construuntur, Galataei pacem orant, loco intercepto se cessuros negant ; machina, unde lapides in urbem missi ; ex urbe rursus saxa Galatam per tormenta iniciuntur ; machina cum oneraria submergitur ; oneraria Genuensis intercipitur ; quid Romanis quinquaginta in ea acciderit ; dolus Galataeorum ; descriptio belli navalis ; Deus Romanos punit ; magnanimitas imperatoris ; Galataeorum in victoria exsultatio : 83/94 ; 12.) Calumnia de nimia exactione dissipatur ; cur tributa insolita imposuerit imperator et qualia ; Chius a Genuensibus repetitur ; excusant se et reddituros per opportunitatem promittunt ; non placet responsum ; quibus conditionibus Chius urbs et insula Genuensibus relicta ad tempus ; pertinacia quorundam ; Zybus cum auxilio insulam se recuperaturum promittit, audacia sua perit ; insula restituitur ; Leo Calothetus Phocaeae praefecturam adipiscitur : 93/98 ; 13.) Miser status Peloponnesi ; Manuel, filius imperatoris, praetor eo dimittitur ; eius res gestae ; coniuratio procerum in illum ; immortales eorum inimicitiae ; bellum in despotam per Lampudium ; victor despota victis ignoscit ; ab eo sub Palaeologo universi propter unam urbem desciscunt ; rursus ab illo utiliter subiguntur ; Latini Achaiam tenentes fiunt amici et socii ; laus Manuelis : 99/104 ; 14.) Legatio ad sultanum Aegypti pro Christianis ; citra eius assensum non poterant episcopi restitui ; patriarcha Hierosolymitanus accusatur, gradu movetur, fame cruciatur, ad Cantacuzenum confugere nitens Galataeorum invitationem et minas contemnit, hostibus traditur ; patriarchae in eum humanitas, postea inhumanitas ; a Cantacuzeno liberaliter habetur, ad sultanum legatus mittitur, per eundem sedi suae restituitur ; litterae eiusdem ad imperatorem, laus Cantacuzeni : 103/116 ; 16.) Gerasimus novam accusationem parans moritur ; sultani successor Christianorum persecutor ; cur Sichun archisatrapa Iacobitis pepercerit ; martyria et apostasiae Christianorum ; Lazari patriarchae supplicium ; episcopi in eum humanitas ; sultanus a persecutione cessans Christianos ignominia damnat ; Isidorus patriarcha episcopos creat, Thessalonicae Palamam, quem imperator praefectis commendat ; illorum inoboedientia et novitatis studium cum fallacia ; Palamas exclusus in Lemno manet ; Andreae Palaeologi insolentia et audacia : 115/124 ; 16.) Callistus fit patrarcha, approbatur ab episcopis ; in gratiam imperatoris electio ; imperator monachismum cum uxore meditatur ; Philotheo, Heracleensi episcopo, in monasterio Mamantis se subicere cogitat ; duo se illi socii adiungunt ; monasterium in Manganis eligunt ; litterae supplices Thessalonicensium ; protosebastus a Palaeologo discedit, quem cives urbe pellunt ; zelotae conantur urbem Crali prodere, qui ipsos et cives corrumpit ; imperator auxilium promittit ; barbarorum mos ; Mertzianes submissus ab Orchane ad caedem Palaelologi imperatoris deprehenditur ; imperatrix filium Thessalonice relinqui non vult : 123/132 ; 17.) Imperator Macedoniae a direptionibus cavet ; tentat in transitu moenia Anactoropoleos ; de eius praefecto Alexio ; Eionem frustra oppugnat, naves incendit ; Orchanes filium cum sociis revocat propter hostes ; Persae revertentes Moesiam depraedantur ; filius Matthaeus etiam redit ; humanitas praefecti Amphipoleos in imperatorem ; Persae illi se adiungunt ; Thessalonice dissidium et res ibi feliciter gesta : 131/136 ; 18.) Veneti opem contra Genuenses petunt, quos re infecta dimittit imperator ; damna data a Persis, antequam imperatori militarunt ; pastorum princeps pro filio captivo rogat ; imperator cum eo pactum init de scalis Berrhoeae muris apponendis ; quomodo Crales eam muniverit ; navium transitus in flumine impeditur et aestu maris expeditur ; Berrhoea capitur ; quid actum a militibus, praefectis, imperatore ; Persae permissu imperatoris Cralis regionem depraedantur : 135/144 ; 19.) Imperator Edessam proficiscitur, quem spes fallit ; naturalis et arte illius oppidi munitio ; a cataphractis quibusdam ad oppugnationem incitatur, quibus obsequitur eamque capit ; quid post captam ibi egerit ; deditio plurium oppidulorum ; in Servios expeditio ; oppidi descriptio ; multi in oppido ei favent ; eius oppugnatio ; a nobilissimis

urbibus et ipsa Scopia, sede Cralis, accersitur et deditio promittitur ; a dynastis quoque advocatur ; eorum duo ad eum transfugiunt ; Thessalonicen regreditur : 143/152 ; 20.) Gynaecocastrum movet ; id occupare praefecti rationibus motus differt ; eiusdem praefecti perfidia ; legatio Cralis ad imperatorem expostulatoria ; ad Thessalonicen ad colloquium ex pacto conveniunt ; Crales beneficia exprobrat, et imperatorem pro ingrato accusat ; qui suam defensionem cum eximia hostis praedicatione coniungit ; laudatur etiam eius uxor Helena ; ipsum Cralem huius belli auctorem esse ostendit iuxta dictum quoddam Plauti ; monet ad officium et minas adnectit : 151/166 ; 21.) Crales obmutescit, periurium confitetur, sed ablata restituere non vult ; re incomposita disceditur ; quantopere imperatorem timuerit ; eius pertinacia ; quare urbes retinere cupiat ; testatur imperator se ad bellum eius improbitate cogi ; terretur Crales et pudori suo consuli rogat ; iniquitatem ei imperator obicit rursus ; cum eo urbes partitur ; pacem facit, ad epulas adhibet : 165/172 ; 22.) Pactum de eligendis proceribus, qui urbes utriusque nomine tradant et accipiant ; Crales seducitur, foedus renuntiat, suos in Cantacuzenum animat ; copiae utrimque educuntur ; neuter pugnam incipit ; uterque se excusat ; imperator Byzantium abiturus imperatorem iuniorem monet, a Crale caveat, qui Edessam proditione capit ; Lyzicus praefectus ponitur, in via moritur, Edessa evertitur, incolarum pars maior nuda dimittitur ; de incursu barbarorum ; Moeso regi se purgat imperator ; consilium de barbaris Thracia et Moesia arcendis ; prodigium, quo Alexander contra Cralem confirmatur ; imperator navale purgat ; Moesi fidem fallunt ; eos imperator ad officium reducere frustra nititur : 171/180 ; 23.) Propter Barlaami et Acindyni haeresin synodus ab imperatore conceditur et eius in ea re diligentia ; cur Acindynus se occultaverit ; dissidium eo mortuo eius sectatores excipiunt ; quatriduum in disceptationibus ponitur ; Ephesi et Gani episcopi exauctorantur ; Barlaamus et Acindynus mortui excommunicantur ; de tomis conscriptis ; Barlaamitis et Acindynitis silentium indicitur et in custodia habentur : 179/186 ; 24.) Nicephorus Gregoras seditiosus ; ecclesiae Byzantinae iniquus ; interdicitur ad eum aditus ; in imperatorem et Ecclesiam contumeliose scribit ; etiam monachos perstringit ut epulones et haereticos, quos imperator defendit ; fabella Atlantis accommodata sanctis monachis ; suam causam adversus mendacem agit et de profectione ad monachos in Atho monte ; cur inde reversus sit et qua ratione imperium susceperit ; de sua cum Barlaamo consuetudine et in ecclesiastica pace curanda sedulitate ; in extremo sibi falso haeresin obiectam esse testatur : 185/198 ; 25.) Gregoras habetur mendax, impudens, levis ; negat se contra imperatorem scripsisse et abolere ea vult ; imperatoris responsum gravi reprehensione plenum ; Veneti Galatam noctu apertis portis ingrediuntur ; armis postea repelluntur ; onerarias secum abstrahunt, praetereuntes vexant, auxilium contra Genuenses petunt nec obtinent ; Galataei veniam orant et ne hostes adiuvet ; Venetorum cum imperatore foedus temporarium ; origo eius consuetudinis ; Veneti non impetrato auxilio indignabundi recedunt : 197/204 ; 26.) Galataei notantur ; mos Lacedaemoniorum superbus ; Galataei saxum e machina Byzantium iaciunt bis, quibus bellum indicitur ; Veneti revocantur, cum quibus initur societas ; causa belli Venetis et Genuensibus ; Galatae obsidio ; Nicolai Pisani, praefecti classis Venetae, audacia ; tres machinae frustra factae ; nuntius Venetus de septuaginta triremibus Genuensium supervenientibus ; populi Genuensis contra optimates tumultus, democratiam quaerit, optimatibus patriam honoresque restituit, quorum sumptibus classis aedificata contra imperatorem mittitur ; ducis Veneti ignavia ; pugna ad Galatam ; Tarchaniota vulneratus ; imperator Byzantium frustratus redit ; Veneti redeuntes in Genuenses incidunt ; in Euboeam fugientes servantur : 203/214 ; 27.) Imperator iunior per invidos quosdam pervertitur ; unde bellum redintegratur ; causae illorum malevolentiae ; simplicitas et candor iunioris imperatoris ; Andronicus Asanes malevolis suspectus ab iis decipitur fraude admirabili, ut Byzantium discedat ; Cantacuzenus adversis nuntiis tristatus matrem ad filium sibi reconciliandum mittit, quod feliciter praestat ; Cralem quoque et Cralaenam severissime obiurgat et bellum depellit : 213/222 ; 28.) Genuenses oppidum Euboeae et ibidem Venetos incassum oppugnant ; in Romanos tendunt ; Heracleam vento reiciuntur ; duobus occisis urbem oppugnare gestiunt ; a duce deterrentur ; Martinus quidam trierarcha turbas facit, cuius minis territus Paganus oppugnationem permittit ; oppidum capitur frustra submissis auxiliis ; cum captivis selectis Galatam disceditur ; victu Heracleae invento utuntur ; quomodo Byzantium muniverit imperator ; Martino oppugnationem suadenti a duce repugnatur, cum quo omnes sentiunt ; vires Byzantinorum explorantur et reipsa Martini consilium ineptum convincitur : 221/228 ; 29.) Imperator urbibus Ponticis auxilia mittit ; Sozopolitae superbe repudiant ; capiuntur a Latinis plane imparati ; primores accepti pro obsidibus, certa pecunia incendium et eversionem urbis redimunt et in patriam redeunt ; misera Heracleensium fortuna apud Galataeos, quos Philotheus, eorum episcopus, liberat ; pugna committitur, Genuenses vincuntur ; Catalani cladem accipiunt ; Galataeorum fraus : 227/232 ; 30). Venetae classis dux timidus cunctator ; exoratus Byzantium accedit, licet cum periculo ; Genuenses pugna vincuntur ; Catalani cladem maximam accipiunt ; Galataeorum fallacia in eos ; clades Ge-

nuensium Venetorumque et Catalanorum ; ducis Genuensium magnus animus ; timiditas Nicolai corrumpit victoriam ; imperatoris et ducis Catalanorum in eum ira ; Byzantinorum in Catalanos vulneratos et aegrotos eximia caritas ; quomodo Veneti ducis negligentia eosdem afflixerit : 231/240 ; 31.) Genuenses ultro hostes lacessere statuunt ; Orchanes cur Venetis infensus ; Genuensibus mittit auxilia ; imbelles Nicolai animus, cui Catalanorum dux maxime irascitur et prae dolore correptus morbo decedit ; cui Monean subrogatur ; Nicolaum imperator ad pugnam frustra sollicitat, et tandem ut mentis expertem missum facit ; cum Genuensibus foedus iungit : 241/246 ; 32.) Nicolaus classem in hostes reparat ; Pagano succedit Antonius Grimoaldus ; hostes apud Sardiniam invadit et vincitur a Venetis ; Genuenses afflicti Mediolanensium principi se dedunt cum conditionibus ; Paganus iterum classi praeficitur ; vincuntur Veneti apud Methonen a Genuensibus ; pax inter Venetos et Genuenses ; Paganus cum optimatibus pellitur in exsilium, ad pristinum statum reditur ; Palaeologus Byzantium venit ; inde Didymotichum cum uxore et altero filiorum obit ; eodem Irene imperatrix generum filio conciliatura mittitur ; praescribuntur conditiones : 245/254 ; 33.) Imperator iunior confirmare Matthaeo absolutam gubernationem non vult ; urgent legati, ille perstat in sententia ; iunior contra seniorem ad arma irritatur ; aperte bellum capessit, oppida ad eum deficiunt, Matthaeum in arce Adrianopoleos obsidet ; timore supervenientis Cantacuzeni Zermonianum obsidione soluta obit eamque recipit ; Adrianopolitani Cantacuzeno resistunt pertinaciter ; capiuntur et diripiuntur ; vexantur Zernomianenses, quorum temeritas et audacia ostenditur ; Palaeologo a Crale auxilium dato obside fratre mittitur ; similiter a Moeso ; Cantacuzenus Persas vocat : 253/260 ; 34.) Patriarchae, episcoporum et monachorum preces apud Cantacuzenum pro pace ; ad Hebrum Triballi, Moesi, Persae castra locant ; Moesorum trepidatio et fuga ; Triballi et Romani paucillum pugnantes aeque fugiunt et paene omnes pereunt ; Persae vastatis Moesorum agris in Asiam redeunt ; imperator Palaeologus sultanum sibi adiungere studet ; eius litterae a barbaro ad Cantacuzenum mittuntur ; is frustra pace petita oppida, quae defecerunt, affligit ; Chalcidicen propter Morhaeos incursat, qui denuo se illi tradunt ; iunior pacem cum conditione petens pulchra similitudine refutatur ; pacem mali consiliarii impediunt ; Palaeologus cum uxore Tenedum fugit ; eius feminae virtutes : 259/268 ; 35.) Urbes Palaeologi ad Cantacuzenum transeunt ; Palaeologus Byzantium venit ; Irenes in urbe tuenda diligentia ; Palaeologus spe frustratus Galatam divertit ; sinit Cantacuzeno maledici ; excusat se postea ; tumultus nobilium Byzantii et expostulatio cum Cantacuzeno et petitio de Matthaeo filio imperatore designato ; imperator rem arduam esse docens sine responso eos dimittit : 267/272 ; 36.) Callistus patriarcha consulitur, negat imperatorem Matthaeum designandum ; imperator ei occurrit ; denuo flagitantibus respondet et, quod saepe antehac fecit, se omni tyrannidis suspicione liberat iustitiaeque, humanitatis et virtutis laudem aucupatur ; Palaeologum ut parum erga se candidum et gratum accusat, enumeratis, quae contra ipsum hostiliter commiserit ; inde probare contendit non iniuria Matthaeum filium imperatorem non tam a se, quam ab ipsis renuntiatum iri ; de imperatoris appellatione in litteris ad Sulimanum omissa et de convitiis remigum in illum se excusat Palaeologus : 271/280 ; 37.) Matthaeus creatur imperator ; nomen Ioannis in acclamationibus et sacris tacetur ; novus imperator Adrianopolin mittitur ; Callistus in sedem ex monasterio revocatur et obiurgatur ; cogentes se ad consecrandum Matthaeum excommunicat ; eius pertinacia ad synodum et ad imperatorem et in tabulas refertur ; de successore eligendo consultatur et canones citantur ; semet et superiores imperatores malae fidei in eligendis episcopis coarguit imperator ; libertatem eligendi episcopis reddit ; Philotheus patriarcha creatur ; Callistus Galatam, inde Tenedum ad Palaeologum confugit : 279/286 ; 38.) Matthaeus cum uxore coronatur ; Pergamenus Tenedius, auctor defectionis insulanis, vinctus Thessalonicen mittitur ; Persas Zympen castellum obtinentes pecunia e Thracia educit Cantacuzenus ; terraemotus maritimas Thraciae urbes prosternit ; calamitas populorum ; barbari cum praesidio urbes occupant ; humanitas navarchi Byzantini ; Sulimanus perfidus colonias in Thraciam deducit ; eius in reparanda Callipoli studium ; Moesos vastat Cantacuzenus, ab Orchane urbes repetit ; Sulimani excusatio refellitur ; patris hortatu oppida reddit ; Cantacuzenus vitam monasticam parturit : 285/292 ; 39.) Cur Cantacuzenus ipse Tenedum ad generum proficisci voluerit ; aquatione prohibetur ; Byzantium redit ; Sulimanus duas Galataeorum urbes expugnat ; Cantacuzenus ipse ad Palaeologum proficiscitur nec tamen in Tenedum venit et re infecta redit ; Orchanes et filius urbes se reddituros profitentur ; Palaeologus Byzantium venit, populi tumultus ; Cantacuzenus rerum humanarum pertaesus de professione monachismi agit ; pugnam cum Palaeologo dissuadet proceribus spe venturi auxilii animos facit, sed ficte ; Philothei monitio, cui obsecundat imperator ; contra socerum Palaeologus armatus procedit : 291/300 ; 40.) Furor populi redintegratus ; Philotheus patriarcha timore Palaeologi se abscondit ; mittitur legatio et pactum offertur ; iuratur certis condicionibus ; descriptio propugnaculi ad portam Auream ; auxilia accersita a Cantacuzeno remittuntur ; deliberatio de bello barba-

ris in Thracia inferendo ; dissuadet Cantacuzenus, nisi pecunia et externi milites et classis etiam prius comparentur ; duplex de eius oratione iudicium ; iuniorum et imperitorum obtrectatio ; Palaeologus sententiam celat : 299/310 ; 41.) Cantacuzenus suadet custodibus, ut propugnaculum seu arcem ad portam Auream dedant ; illi se Palaeologo dedere nolunt ; laus Ioannis Peraltae Itali ; militum Italicorum stropha ; eos se infames redditurum apud eorum regem Cantacuzenus minatur ; veniam audaciae petunt ; deditur arx Palaeologo, qui eam paulo post deserit ; insidiae in Cantacuzenum ; Palaeologus in palatium invitatus, socerum convivio accipit ; plebs foris tumultuata propter Cantacuzenum comprimitur : 309/316 ; 42.) Socer genero propositum animi de monachismo sectando detegit, a quo aegre dimittitur ; mutat nomen, uxor quoque fit monialis ; imperator Palaeologus traducitur et defenditur ; cur se abdicaverit Cantacuzenus ; a quo petitPalaeologus, uti se cum filio in concordiam restituat ; Callistus sedem recipit ; Palaeologus in Matthaeum irritatur ; Nicephorus despota fidem fallit ; Bera cum Cumutzenis recipitur ; foedus inter imperatores ; impostura optimatium Ioannis ; ex eius administratorum inoboedientia bellum recrudescit ; excusat se Matthaeus et Byzantium redit : 315/322 ; 43.) Mors Cralis ; Simon, eius frater, provinciam vindicat contra filium ; Helena, uxor defuncti, dominatur ; factiones nobilitatis ; Nicephorus dux Thessaliam citra viam obtinet ; famulus classiarios ad despotam deserendum incitat ; eiusdem Aeni insolentia et tyrannis ; arcem frustra oppugnat ; regina Byzantium discedit ; ad maritum proficiscitur ; consilium domesticorum de uxore illi superinducenda ; fugit ad fratrem in Peloponnesum securitatis causa ; inde a marito revocatur, qui in pugna ab Albanis occiditur ; uxor Byzantium veniens cum matre monialem agit : 323/328 ; 44.) Matthaeus contra Palaeologum tendit ; non se deserit Palaeologus ; discedunt ambo sine pugna ; Orchanes filium a piratis captum per Palaeologum redimi orat, quod facit pecunia ingenti, cum armis nihil proficeret ; a Mygdoniae praefectis se tradere volentibus Matthaeus accersitur ; amicitia Triballorum principum cum Cantacuzeno et eius filio ; celeriter submissae copiae ab Orchane in quantas difficultates Matthaeum redegerint ; compellitur ab iis ante tempus in Triballos ; contra pacta conventa praedas agunt ; reliqui cum Triballis certant iaculis et in pugna pauciores Persae cadunt ; revertitur imperator ; Triballi insequentes repelluntur : 327/336 ; 48.) Falsa suspicione imperatorii fugiunt ; descriptio urbis Philippensium ; imperatoris auctoritate fuga sisti non potest ; eius virtus ; famuli equum suum subicientis opera salvus evadit ; in palude se apud Philippos occultans a Philippensibus capitur ; Dramam custodiendus a Boichna perducitur ; Palaeologus Gratianopolin et ibi eius uxorem cum liberis capit, quos Tenedum mittit ; Matthaeus a Boichna petit et is pecuniae amore eum tradit integrum ; censentium exoculandum variae causae ; laudatur Palaeologus ; Matthaeus in Tenedum, postea Lesbum mittitur ; res tota socero indicatur et libertas captivo promittitur : 335/344 ; 46.) Cantacuzenus de filio non exoculato gratias agit ; quanta in sollicitudine et maerore amborum causa fuerit ; quantum sibimet profuturum sit, si vinctum dimiserit ; tota paene oratio eo spectat, ut Matthaeus custodia solvatur : 343/348 ; 47.) Obtrectatio Ziani in Eugeniam iam monialem quasi imperatori cum aliis pararit insidias ; quod ille non credit ; Ziani pertinacia in affirmando ; imperator sibi Eugeniam insidiatam credit et Mattheum liberare velle desinit ; Zianum mendacii poenitet, laetatur imperator ; quid a Matthaeo liberando postularit ; eius responsum ambitiosum : 347/354 ; 48.) Sapiens Cantacuzeni oratio ad filium erudiendum et a cupiditate imperandi abducendum ex status illius difficultate, periculis, laboribus ; occurrit obiectioni indicans, qua de causa et quo animo ipse imperium susceperit : 353/362 ; 49.) Matthaeus monitis paternis obtemperat et iurat certis condicionibus ; Palaeologus eum consolatur habitum redditurum spondens, crepidas permittit ; cum Matthaeo et eius familia Peloponnesum Cantacuzenus petit ; ibi calumniis excipitur ; Manuel anceps animi causam tristitiae patri aperit et sanatur ; indicatur causa, cur Matthaeus eo adducatur ; locus contra calumniatores ; commendatur fratri Manueli et ab eo libenter accipitur : 361/366 ; 50.) Callistus legatus ad Cralenam pro societate contra barbaros in Thracia, ; idem cum comitibus moritur ; falsus rumor de veneno illis praebito a Triballis ; patriarchae funus ; Cralaena monachis ex Atho monte eius corpus negat ; expeditio imperatoris contra urbes Moesorum ad Pontum ; Mesembriae obsidio ; pax componitur ; Philotheus patriarchatum recipit ; eius commendatio ; historiae epilogus : 365/370.

Contra sectam Mahometicam Apologiae IV (*ex libro Nic. Brylingeri, Confutationes legis Machumeticae, Bdle,* 1543) : **Argumentum** : Achaemenides quidam primum Mahometis falsae religioni deditus, postea Christianus factus et ad imperatorem Cantacuzenum profugus cum eo familiarissime conversabatur et una cum eo monachus factus Meletii nomen assumpsit ; sed Mahometi sectatores epistola ad Meletium scripta eum iterum ad haeresin suam perducere conabantur ; Meletius vero epistola imperatori tradita eum impulit, ut responderet et sectam Mahometis confutaret : 371/374 ; **Musulmanus Sampsates Isphachanes Persa monacho Meletio** : 373/378 ; **Apologia I** : Quod Christus Dei Filius sit et Deus verus et perfectus et quod Deus exsistens

homo factus sit iuxta theologorum et prophetarum testimonia : 377/438 ; **Apologia II** : Quod Filius et Verbum Dei, cum Deus esset, extremis temporibus propter hominum salutem homo factus sit, crucifixus mortem obierit, sepultus resurrexerit et in coelos sit assumptus, non tamen divinitatem, sed hominem passum, qui idem iudicaturus sit orbem universum : 439/498 ; **Apologia III** : Quod post Domini assumptionem duodecim eius discipuli totum orbem docuerint miraculis simul fidem suam confirmantes ; tum de Deipara Virgine, de quaestione Christi, cruce et imagine : 499/532 ; **Apologia IV** : Quod Mahomet dolose et perniciose docuerit et quod Lex et Testamentum vetus per Christum non sublata sint, insuper quod, quae in Lege infima erant et impossibilia, haec Evangelium compleverit : 531/584.

Contra Mahometem orationes IV (*Basileae* 1543, *ut supra*) : Capitum conspectus : 583/590 ; **Oratio I** : cap. 1 : Quod Mahomet tempore epilepsiae, cum spumans hinc inde volveretur, dixerit sibi archangelum Gabrielem se convenientem vidisse ; 2.) Quod librum conscripserit Arabice Corran dictum, Graece vero « Legem Dei salutiferam » ; 3.) Quod prophetam Dei et apostolum se nominaverit ; 4.) Quod Mosaica, Psalterium et prophetica scripta iusta, sancta et vera nominaverit, praecipue vero Evangelium confessus sit iustum, sanctum, rectum, verum et perfectum esse et (ut in capite Iona reperitur) Dei commonitiones nominaverit ; 5.) Quod non a Mahomete solo, sed etiam ab aliis lex illa lata sit ; 6.) Quod a Mahomete promulgata lex ore ad aures a diabolo lata sit ; 7.) Quod quidam dignitate Chalifas exsistens, id est summus doctor, religionem Christianam receperit ; 8.) Quod Mahomet, cum in haereticos quosdam Nestorianos, quin etiam in Iudaeos quosdam incidisset, omnem horum malitiam collegerit ; 9.) Quod iactabundus de se dixerit : Si omnes homines conveniant, omnes spiritus et angeli, non poterunt Alcorranum meo similem constituere ; 10.) Quod in fastigio dexterae partis throni divini Mahometis nomen inscriptum sit ; 11.) Quod legem non per miracula daturus venerit, sed per gladium et quod non credentibus illi aut mortis supplicium ferendum aut tributa pendenda sint ; 12.) Quod interdixerit, ne quis suae sectae vel ordinis cum Christiano aliquo disputet ; 13.) Quod Noë et Abraham, ipsi denique Apostoli eiusdem, quam ipse promulgavit, doctrinae sectatores fuerint : 589/616 ; **Oratio II** : 1.) Quod ea, quae in Mosaicis praeceptis, prophetis, Psalterio et Evangelio continentur, sancta, iusta et Dei traditiones nominet, amplectetur et observet quodque illius sectatores non sint, qui haec non impleverint ; 2.) Quod legis suae sectatores in partes septuaginta tres sint dividendi, quarum unica sola sit salvanda, reliquas vero igni tradendas fore ; 3.) Quod nisi a Deo esset Alcorran, multa in eo essent sibi invicem contraria ; 4.) Quod cum Gabriele ad Deum ascendens in angelum inciderit decies millensis vicibus maiorem toto mundo, deflentem peccata sua, qui sua ipsius intercessione veniam apud Deum impetraverit ; 5.) Quod ipse sit scopus et sigillum prophetarum ; 6.) Quod rapinas, caedes et periuria prohibeat eademque rursus permittat ; 7.) Quod Deus illi permiserit peierare ; 8.) Quod Deus secum collocutus dixerit se lusus gratia mundum condidisse ; 9.) Quod in capite Mpacara id est « Iuvenca » dicto, Iudaeos et Christianos salutem consecuturos esse dixerit, in capite vero « Amram » contra asserat neminem sine Ismaelitarum lege servari posse ; 10.) Quod ante ipsum nemo possit paradisum ingredi et rursus dicit, quod Deus illi multas mulieres virosque ante se paradisum ingressos ostenderit ; 11.) Quod Deus post resurrectionem domus elegantes, balnea et hortos pluresque mulieres se daturum promittat Mahometi ac legis sectatoribus ; 12.) Quod in capite Sad angelos ex igni, homines vero ex pulvere factos esse affirmet ; 13.) Quod in capite Nemele, quod muscam significat, de Solomone et muscis mendacium prodat stolidum, quod et fatetur ; 14.) Quod in capite Rubesa de Solomone et verme tradat superiori mendacio simillima ; 15.) Quod in libro Enarrationum causam ponat, cur illis vino interdictum sit ; 16.) Quod coelum hoc creatum ex fumo factum sit, mare autem ex monte quodam Caph nominato ; 17.) Quod solem et lunam lumine et virtute aequales esse dicat ; 18.) Quod a Gabriele, cum coelum ascenderet, vocatus ex Dei manu sibi imposita tantam frigoris vim senserit, ut quae ad medullam dorsi usque penetraverit ; 19.) Quod in capite Sad tradat, daemones cum angeli essent, a Deo, ut Adamum adorarent esse constitutos cumque hoc aliorum angelorum more facere noluerint, propterea eos daemonas factos esse ; 20.) Causam adit, cur suillis carnibus interdictum sit ; 21.) Quod Deus in fine mundi omne hominum et angelorum genus occisurus sit ; 22.) Quod librum conscripserit duodecim milia sermonum continentem, e quibus ter mille quidem veri sint, ceteri autem falsi ; 23.) Quod in capite Ceramar dicat se lunam in duas partes dissecuisse, quarum altera quidem in tunicam illius, altera vero in terram deciderit, deinde vero integram eam restituisse ; 24.) Quod Deus et angeli pro Mahomete orent ; 25.) Quod in capite Helmaida, quod « Mensam » significat, affirmet Hebraeos et Christianos non esse filios Dei nec amicos eius eo, quod affligantur : 615/652 ; **Oratio III** : 1.) Quod impossibile sit Deum habere filium sine muliere ; 2.) Quod si Deus habuerit filium, erit inter utrosque dissidium ; 3.) Quod in capitulo Elnesa, quod « Mulieres » significat, dicat Christum esse Verbum Dei, animam Dei et spiritum Dei ; 4.) Quod Christum ex virgine sine virili opera genitum esse testetur ; 5.) Quod

neget Christum et Deum esse et Dei Filium, illius etiam incarnationem ; eundem vero nudum, ut Nestorius, hominem vocat, sanctum vero et cunctis hominibus excellentiorem ; 6.) Non Christum, sed alium illius loco crucifixum esse ; 7.) Quod Deus Christum ad se in coelos vocaverit, hunc autem in fine mundi venturum esse et Antichristum occisurum, quo facto et ipse Christus moriturus sit ; 8.) Christianos Deiparam virginem in deos retulisse eamque sororem esse Mosis et Aaronis : 651/676 ; **Oratio IV** : 1.) Quod Mahomet in coelos subreptus coram Deo steterit et audiverit varia rursusque in terram delatus sit ; 2.) Daemonas etiam salutem consecuturos esse ; 3.) Alcorrani interpretationem neminem intelligere nec ipsum quidem Mahometem, sed solum Deum : 675/692 ;

Contra falsam opinionem Barlaam et Acindyni tomus factus a patriarcha Ioanne et synodo (conscriptus vere a Christodulo monacho, i.e. Ioanne Cantacuzeno) ; *Monitum editorum* : 693/694 ; textus : 693/710.

Philotheus patriarcha Constantinopolitanus
(anno Domini 1376)

Notitia (*Fabricius - Harles, Biblioth. Graeca, tom. XI, pag.* 313) : 711/718 ; **Sermo in exaltationem crucis** : 719/730 ; **De mandatis Iesu Christi** (P. Possinus, Thesaurus asceticus, pag. 326) : 729/746 ; **Ordo sacri ministerii, quomodo sacerdoti diaconus ministret in celebribus vesperis, matutino et missa** : 745/766 ; **Laudatio trium doctorum Ss. Basilii Magni, Gregorii Theologi et Ioannis Chrysostomi** : 767/820 ; **Refutatio scriptorum apud Harmenopulum anathematismorum** : 821/826.

Demetrius Cydonius
(anno Domini 1374)

Notitia (*Fabricius-Harles, Biblioth. Graeca, tom. XI, pag.* 398) : 825/834 ; **Adversus exsecranda dogmata Gregorii Palamae et de processione Spiritus Sancti** (*Opuscula aurea theologica de process. Spiritus S., Romae* 1670) : Epistola Pauli, patriarchae Constantinopolitani, ad papam eiusque cardinales : 835/838 ; textus tractatus Cydonii contra Palamam : 837/864 ; **Eiusdem Cydonii de processione Spiritus Sancti ad eos, qui dicunt Filium Dei non esse ex substantia Patris** : cap. 1 : Quod ex eo, quod negant Filium Dei ex substantia esse Patris, multa sequantur absurda : 863/870 ; 2.) Quo sensu dicant Theologi aliud esse substantiam et aliud hypostasin : 968/874 ; 3.) Quod substantia et hypostasis atque proprietas secundum rem in Deo idem sint : 873/878 ; 4.) Quod quamvis paternitas et filiatio sit substantia, non propterea necessario sequatur Filium esse Patrem aut Patrem Filium : 877/886 ; 5.) Quod temerarii sint, qui dicunt : « Quemadmodum est aliud hypostasis et aliud substantia et aliud paternitas in Deo compositionem non facit, ita etiam nonnulla alia, quae in substantia Dei dicuntur subsistere quaeque realiter a substantia et ab invicem differunt, compositionem non faciunt. » : 885/890 ; 6.) Quod Ecclesiae doctores Filium ex substania Patris esse atque generari theologice disserant : 891/896 ; 7.) Quod, qui ex substantia Patris esse seu generari Filium negant, principia fidei tollant et doctoribus adversentur : 897/904 ; 8.) Quaenam iis causae fuerint deceptionis : 903/908 ; 9.) Quod contradicere iis, qui dicunt Spiritum Sanctum ex Patre Filioque procedere, coëgit eos non confiteri substantia Patris esse Filium : 907/912 ; 10.) Quas tandem obiectiones praecipuas iis inferant, qui ex Patre Filioque procedere aiunt, et primum ex consubstantialitate ; solutiones huiusmodi rationum : 911/924 ; 11.) Altera obiectio, quae est ex duobus principiis, et huius solutio : 923/934 ; 12.) Quod Sancti ex substantia Patris et Filii Spiritum Sanctum esse theologice disserant et ex Filio esse et exsistere et proficisci et procedere : 933/958 ; 13.) Brevis repetitio eorum, quae dicta sunt ; epilogus : 957/958 ; **Epistola ad Barlaamum de processione Spiritus Sancti** : cf. in Barlaamo, supra tom. 151, col. 1301/09 ; **Oratio ad Romaeos deliberativa de admittendo Latinorum subsidio** (scripta,cum imperium Byzantinum undique graviter affligeretur ideoque imperator Ioannes Palaeologus Romam profectus esset) : *Monitum* : 959/960 ; textus : 961/1008 ; **Oratio alia deliberativa de non reddenda Callipoli potente Amurate** (Turco) : *Monitum* : 1007/1008 ; textus : 1009/1036 ; **Monodia de seditione Thessalonicensi, anno 1346 facta** : cf. tom. 109, col. 639 ; **Translatio libri fratris Richardi, ordinis Praedicatorum, contra Mahometi asseclas** : *Bartholomaeus Picenus Ferdinando regi Aragoniae et utriusque Siciliae s. p. d.* : 1035/1038 ; textus : Prooemium : 1037/1042 ; conspectus capitum : 1041/1042 ; cap. 1 : De principalibus legis Mahometicae erroribus : 1041/1048 ; 2.) Quomodo oporteat cum his versari : 1047/1052 ; 3.) Quod haec lex non sit lex Dei propterea, quod neque Vetus, neque Novum Testamentum hanc testantur, et quod Saracenis necesse sit parere dictis Veteris Testamenti et Evangelii : 1051/1058 ; 4.) Quod Alcorranus non sit lex Dei, quoniam non habet stilum et modum cum aliis convenientem : 1057/1062 : 5.) Quod Alcorranus

non sit lex Dei, quoniam non convenit secundum sententiam cum aliquo altero : 1061/1066 ; 6.) Quod Alcorranus non sit lex Dei, quoniam in multis sibimet contradicit : 1065/1070 ; 7.) Quod lex Saracenorum nullo miraculo confirmetur : 1069/1074 ; 8.) Quod lex Mahometis irrationalis sit : 1073/1090 ; 9.) Quod lex Saracenorum manifesta contineat mendacia : 1089/1104 ; 10.) Quod lex haec violenta sit : 1103/1108 ; 11.) Quod Alcorranus non sit Dei lex, cum sit inordinatus : 1107/1112 ; 12.) Quod iniquus sit : 1111/1116 ; 13.) De Alcorrani institutione et quis fuerit legis huius opifex et inventor : 1115/1120 ; 14.) De fictione improbatissimae visionis : 1119/1124 ; 15.) De quibusdam sex quaesitis in Alcorrano communibus et de Christi ad Mahometem excellentia : 1123/1140 ; 16.) De Evangelii ad Alcorranum excellentia : 1139/1148 ; 17.) De Saracenorum ad praedicta responsione : 1147/1152 ; **Confessio Christianae fidei Saracenis facta** auctore incerto cum refutatione dogmatum eorum : 1151/1170 ; **Oratio de contemnenda morte** : Tria hominum mortem timentium genera profert : primo eos, qui mortem propter voluptatum iacturam abominantur (cap. 2/6) ; deinde eos, qui morte omnia deleri putant(7/20) ; denique eos, qui propter poenas aeternas mortem timent (21/25) ; demonstrat vanitatem timoris singulorum eiusque causas : 1169/1212 ; **Epistola ad Phacrasem, magnum primicerium**, scripta Thessalonicae anno 1430, cum Amuratus II. urbem obsidione cingeret, quam mox expugnatam ferro et igni delevit : 1213/1216.

Maximus Chrysoberga monachus
(anno Domini 1396)

Monitum editorum : 1215/1216 ; **Oratio de processione Spiritus Sancti ad Cretenses** (Graecia orthodoxa, tom. II pag. 1074). : 1217/1230.

Philotheus, archiepiscopus Selymbriensis
(saeculo XIV)?

Oratio in S. Agathonicum (*Codices Graeci Naniani, pag.* 531) : 1229/1240.

Addenda

Philothei, patriarchae Constantinopolitani, Privilegium pro episcopo Hierissi, quo eius in Monte Sancto iura episcopalia confirmat (*Ralli, Canonum collectio, V* 131) : 1239/1244 ; **Antirrheticorum contra Gregoram libri XII** : cf. tom. 151, col. 773 ; **Encomium Gregorii Palamae** : cf. ibid., col. 553 ; **Vita S. Demetrii martyris** : cf. tom. 116, col. 535.

Index verborum et rerum, *quae Ioannis Cantacuzeni Historiis continentur* : 1245/1286 ; **Ordo rerum**, *quae tomo* 154 *continentur* : 1285/1290.

Addendum

Ioannis Palaeologi imperatoris (1355-1391) **Professio fidei** (*L. Allatius, De utriusque Ecclesiae consensu*) : 1291/1308.

Tom. 155 (1866)

Symeon, archiepiscopus Thessalonicensis
(anno Domini 1430)

Notitia (*L. Allatius, De Symeonibus*) : 9/18 ; **Notitia altera** (*Fabricius-Harles, Biblioth. Gr., tom. XI, pag.* 328) : 17/24 ; **Adversus omnes haereses dialogus** : Dosithei epistola nuncupatoria ad Ioannem Ducam : 27/30 ; Eiusdem praefatio ad lectorem : 29/32 ; textus dialogi : Prooemium : 33/38 ; cap. 1 : Contra atheos, quod sit Deus : 37/38 ; 2.) Deum esse, demonstratio prima ex sacris litteris : 27/38 ; 3.) Deum esse, demonstratio secunda ab ipso homine petita, qui de Deo notionem habet, loquitur et inquirit : 39/40 ; 4.) Deum esse, demonstratio tertia ab ipsa creatura et productione eius et bona ordinatione et dispensatione : 39/42 ; 5.) Contra ethnicos multorum deorum cultores : 41/44 ; 6.) Contra eos, qui fatum et fortunam impie docent et de astrologia : 43/50 ; 7.) Quod sacrosancta Trinitas solus sit Deus : 49/50 ; 8.) Contra Iudaeos et Sabellium et alios impia docentes :49/52 ; 9.) Evangelica dicta opposita Sabellio, alia ex Veteri Testamento contra Iudaeos et reliquas impias gentes : 51/58 ; 10.) De Filio Dei unigenito et sancto Spiritu : 57/66 ; 11.) Contra Simonem magum, Manetem et similes nec non contra impios Bogomilos sive Cudugeros : 65/74 ; 12.) Contra Arium, Sabellium, Eunomium, Macedonium ipsumque Apollinarium : 73/76 ; 13.) Contra Nestorium : 75/78 ; 14.) Contra gentes impias : 77/82 ; 15.) Contra impium Eutychen, Dioscorum stolidosque Armenios,

Iacobitas et ceteros Acephalos ; contra Sergium et Pyrrhum atque Honorium et ceteros Monotheletas : 81/86 ; 16.) Contra impium Origenem, Didymum et Euagrium et haereticos, qui cum iis faciunt, et de resurrectione mortuorum : 85/90 ; 17.) Quod affectus superbiae arrogansque existimatio sui causa sit in haeresin incidentibus : 89/90 ; 18.) Contra impios Bogomilos, imaginum cultui repugnantes : 89/98 ; 19.) Contra Latinos : 97/102 ; 20.) Quaenam sint a Latinis innovata : 101/106 ; 21.) Contra eos, qui vescuntur cibis traditione ecclesiastica improbatis : 105/110 ; 22.) Quod etiam in parvis cautum esse oporteat : 109/112 ; 23.) Quod oporteat res divinas imaginibus repraesentare pie et iuxta traditam consuetudinem : 111/124 ; 24.) De prima synodo : 123/126 ; 25.) De secunda synodo : 125/136 ; 26.) De tertia synodo : 135/136 ; 27.) De quarta synodo : 135/138 ; 28.) De quinta synodo : 137/138 ; 29.) De sexta et septima synodo : 137/142 ; 30.) Contra Barlaamum et Acindynum horumque similes divinam sacrosanctae Trinitatis gratiam impie reprobantes : 143/144 ; 31.) De S. Gregorio Thaumaturgo Thessalonicensi : 143/158 ; 32.) Contra Latinos, quod ex solo patre Spiritus sanctus procedat : 157/176 ; **De sacramentis** : Prooemium : 175/178 ; cap. 33 : Quod septem sint Ecclesiae sacramenta ; 34.) De baptismate ; 35.) De chrismate ; 36.) De divina communione : 177/178 ; 37.) De impositione manuum : 177/180 ; 38.) De matrimonio ; 39.) De poenitentia ; 40.) De sancto oleo : 179/180 ; 41.) De resurrectione corporum : 179/184 ; 42.) Quare Dei Verbum non angelorum naturae se univerit, sed hominum : 183/186 ; 43.) Quod Christus sacramenta ipse in se susceperit : 185/190 ; 44.) Quod Salvator ipse Eucharistiam perficiendo celebraverit : 189/190 ; 45.) Quod sacerdos et pontifex maximus corporaliter ordinatus Salvator fuerit : 189/192 ; 46.) Quod Christus honestum coniugium benedixerit et cum Ecclesia ipse in se repraesentaverit ; 47.) Quod Christus virginitatem nuptiis praetulerit : 191/192 ; 48.) Virginitatem connubium esse cum Christo : 191/194 ; 49.) Quod Christus ipse poenitentiam docuerit : 193/196 ; 50.) Quod Christus opera poenitentiae propter nos praestiterit : 195/196 ; 51.) Quod propter poenitentiam gratia solvendi et ligandi episcopis a Christo concessa sit : 195/198 ; 52.) Quod forma et habitus monachalis a poenitentia assumatur et quare idem habitus angelicus vocetur et habitus poenitentiae et quaenam sit eius vis et significatio : 197/198 ; 53.) Quod etiam Salvator ipse docuerit sacra huiusmodi forma uti : 197/202 ; 54.) Quid sit illud Matthaei VIII 22 : « Sinite mortuos sepelire mortuos suos » : 201/202 ; 55.) Quid illud Lucae IX 62 : « Nemo mittens manum suam ad aratrum » : 201/204 ; 56.) Quod olei sacri sive oratione consecrati mysterium a Salvatore traditum sit : 203/206 ; 57.) Quare olei usus sit in sancto et magno unguento sive chrismate nec minus adhibeatur oleum in euchelaeo poenitentium et infirmorum : 205/208 ; 58.) Quare sacerdos preces peragat super nato infante : 207/208 ; 59.) Expositio singulorum, quae fiunt ante baptismum, in baptismo et post baptismum : 207/210 ; 60.) Quod Dominus quoque octava die nomen acceperit et Iesus appellatus sit : 209/212 ; 61.) Consideratio eorum, quae in divino baptismo peraguntur : 211/214 ; 62.) Suscipientem baptismum recte de fide sentientem et pium esse debere : 213/226 ; 63.) Quae sit vis et sententia verbi Alleluia : 225/228 ; 64.) Quod diversa sit sententia formulae « Baptizatur servus Dei » et « Ego baptizo servum Dei » : 227/230 ; 65.) Quid baptizato chrisma conferat : 229/230 ; 66.) Quod baptizatus unctusque chrismate habeat virtute et potentia in se gratiae divinae dotes tempore manifestanda excepto sacerdotio : 229/232 ; 67.) Quare baptizandi tondeantur induanturque cucullo et humerali sindone : 231/234 ; 68.) Quod finis et scopus baptismi et chrismatis fiat communio mysteriorum : 233/236 ; 69.) Contra Latinos, quod infantes communione arcere non oporteat : 235/236 ; 70.) Quod sacerdotis sit aquam baptismi et cetera sacra recte curare : 237/238 ; **De sacro ritu sancti Unguenti** : Prooemium : 237/238 ; cap. 71 : De apparatu et elixatione S. Unguenti : 239/240 ; 72.) De ritu eiusdem : 239/242 ; 73.) Consideratio precationis super unguento : 243/248 ; 74.) Quod omnes quidem fideles unguentum, soli autem episcopi et sacerdotes impositionem manuum suscipiant : 247/250 ; 75.) Quod invicem dentur sacramenta et mutuo invicem perficiantur : 249/250 ; 76.) Quod septem potestates caerimoniarum curandarum in se habeat episcopus : 249/252 ; 77.) Quod solum ab episcopo sacrum unguentum manuumque impositiones et per eum in omnibus sacris ritibus gratia episcopalis praestetur : 251/252 ; 78.) Quod Christus fons sacerdotii sit et ab illo percusso eius gratia derivetur : 251/252 ; **De sacra Liturgia** : Prooemium : 253/256 ; cap. 79 : Quid significet sacerdotis de sede episcopali descensio et quid per sacra vestimenta illorumque intuitionem notetur : 255/256 ; 80.) De episcopali pallio et pectorali theca et de pastorali baculo : 257/258 ; 81.) Septem esse indumenta episcopi et quaenam haec et quid per singula significetur : 257/260 ; 82.) Quod humerale ex lana neque ex ulla alia materia parari oporteat et quosnam denotent, qui episcopum induant ; et quid eius versus occidentem processus : 259/260 ; 83.) Quid significet, quod benedictionem ab archiepiscopo accipiunt, qui sub eo sunt episcopi, sacerdotes et clerici, quando volunt sacras stolas suas induere atque caput et corpus coram illo inclinant : 261/264 ; 84.) De iis, quae in offertorio sive missa peraguntur : 263/264 ; 85.) Quid denotet in prothesi sive sacello ad dextram bematis sito rotunda

mensa et reliqua : 263/266 ; 86.) De senibus virtute et prudentia ornatis ; 87.) Quare panis ad sacram Missam oblatus sit quadrangularis et quadripartitus : 265/266 ; 88.) Non recte in hoc facere Latinos, quod infermentatas et rotundas hostias offerant, cum Christus carnem assumpserit ex quattuor constantem elementis : 265/268 ; 89.) Adversus Latinos infermentata offerentes : 267/268 ; 90.) Quid sit illud Matthaei XIII 33 : « Simile est regnum coelorum fermento » : 269/270 ; 91.) Quare sub lege panes infermentati, sed sub Evangelio panes fermentati : 269/274 ; 92.) De iis, quae in Missa peraguntur : 273/276 ; 93.) Contra Armenios, aquam cum vino offerre recusantes : 275/280 ; 94.) De oblatis in prothesi particulis pro Sanctis plisque universis : 279/286 ; 95.) Quare suffitus post Missam : 285/286 ; 96.) Quid notetur per stellulam et sacra opercula et velamentum : 285/290 ; 97.) Quaenam episcopus et qui cum eo sint significent : 289/292 ; 98.) Quidnam innuatur sacro bemate sive sacrario et mensa sacra : 291/296 ; 99.) Quod sicut et in coelis et in terra, ita stent ordine et mysteriis communicant in sacrario et extra sacrarium sacerdotes et laici : 295/302 ; 100.) De antidoro et quod hic est panis benedictus (qui loco Eucharistiae distribuitur non communicantibus) : 301/304 ; **De sacro Templo et eius consecratione** : Prooemium : 305/306 ; cap. 101 : De aedificatione templi et precibus, quando eius fundamentum ponitur : 305/310 ; 102.) De sancto altari et templi inauguratione ; 103.) Quare antistes sindonem induat seque cingat : 309/310 ; 104.) Quare in templi inauguratione laici excedere iubeantur : 309/312 ; 105.) Quare mota exportentur : 311/312 ; 106.) Quare ceromastice et aromata adhibeantur : 311/314 ; 107.) Quare sacra mensa abluatur aqua ; 108.) De sacris antiminsiis sive mappis sacrarum mensarum vicariis : 313/314 ; 109.) De quattuor velamentis mensae sacrae : 313/316 ; 110.) Quare vino et aqua rosacea abluatur ; 111.) Quare imbuatur unguento et accinatur alleluia : 315/316 ; 112.) Quid innuant velamenta et contiguum sacrae mensae instratum et cetera, quae in illa conspiciuntur : 315/318 ; 113.) Quid candelabrum et tota sacra aede suffitus significet : 317/318 ; 114.) Quare totam aedem unguento perlinat episcopus vel sacerdos : 317/320 ; 115.) Quod post inaugurationem episcopus exuat sindonem et reliquias Sanctorum reponat ; 116.) Quare reliquiae Sanctorum martyrum sub altari deponantur : 319/322 ; 117.) Cur ex antiquo templo in novum portentur reliquiae : 301/322 ; 118.) Quare claudantur templi fores et accinatur illud (Psalm. XXIII 7) « Attolite portas » : 312/324 ; 119.) Quare genu inclinet episcopus ; 120.) Quae sit ratio et sententia precationis encaeniorum ante templi fores : 323/324 ; 121.) Quod sit necessarium in quovis templo encaenia quotannis celebrari : 323/326 ; 122.) Quod deceat quemlibet sacerdotem quotannis tempus ordinationis suae festum agere et illo die sacra facere : 325/326 ; 123.) Quod encaenia in ecclesia Thessalonicensi etiamnum quotannis celebrentur ; 124.) De ordine encaeniorum : 327/328 ; 125.) Quod Constantinopoli mos a primis temporibus invaluerit encaenia quotannis celebrandi : 329/330 ; 126.) Quare unguento reliquiae perfundantur et sub altari ponantur : 331/332 ; 127.) De sacro ritu divinorum antiminsiorum sive mapparum sacrae mensae et quare plerumque ex lino conficiantur : 331/334 ; 128.) Quae sit templi et rerum, quae in eo sunt, significatio : 333/336 ; 129.) Quod rebus Veteris Testamenti res gratiae evangelicae adumbratae sint ; 130.) Quod templorum contemptoribus etiam aliorum sacrorum fructus pereat : 337/338 ; 131.) Quod per templum unus in Trinitate Deus adumbretur : 337/340 ; 132.) Quid per mensam et quae in ea sunt, et quod Christus omnia : 339/342 ; 133.) Quid per velamentum et quattuor eius columnas : 341/344 ; 134.) Quid per ceram, quae offertur ; 135.) Quid per superiorem cathedram gradusque : 345/346 ; 136.) Quid per interstylia epistylliique compagem superius ornatus causa additam et per peplum : 345/346 ; 137.) Quare in concha bematis sit sacellum, quod prothesis dicitur, et quid hoc significet ; 138.) Quod prothesis et quae in illa sunt imaginem ferant Bethlehemi et eorum, quae circa nativitatem Christi et adorationem magorum contigerunt ; 139.) De semicyclo et de velamento sacrae mensae : 347/348 ; 140.) Quid innuant multa lumina, duodena lumina, terna lumina ceteraque, quae in ecclesia accenduntur : 347/350 ; 141.) Cur sacra sint in templo pepla et pretiosus ornatus et multiplex fragrans suffitus : 349/352 ; 142.) De populi in templo statione ; 143.) Quando imperator intra sacrum bema communicet et quomodo ; 144.) Quomodo proclametur imperator : 351/354 ; 145.) Quomodo imperator in ecclesia coronetur ; 146.) Quare sacro unguento inungatur imperator et precibus inauguretur : 353/354 ; 147.) Quare novus imperator perungendus adducatur ab imperatoribus parentibus vel a summis ducibus : 353/354 ; 148). Quod olim preces in ecclesia etiam pro proceribus et viris in dignitate constitutis peractae sint ; 149.) Quid significet, quod pro sacro pallio super imperatorias vestes imperator induat, et quid innuat ex levi ligno sceptrum ; 150.) Quid, quod in Sancta imperator novus ingrediatur ; 151.) Quod in bema sive sancta ingressus imperator communicet : 355/356 ; 152.) De statione fidelium et catechumenorum et peccatis gravatorum ; 153.) Quod non omnes nunc cum catechumenis exire ecclesia iubeantur : 357/358 ; 154.) Quare ecclesiae vestibula nartheces sive ferula appellentur et catechumenorum loca : 357/360 ; 155.) Quare in prooemiis precum extra templum consistamus et quid notet, quod non apertis portis ingrediamur (catechume-

nis et poenitentibus extra manentibus) : 359/362 ; **De sacris ordinationibus** : Prooemium : 361/362 ; cap. 156.) Duas ordinationes extra bema sive sacrarium fieri, lectoris et subdiaconi, in bemate autem tres, diaconi, presbyteri et episcopi : 361/364 ; 157.) Omnia ecclesiastica a solo perfici episcopo : 363/364 ; 158.) Quomodo lector ab episcopo ordinetur : 363/366 ; 159.) Quare signaculo utantur in lectore et quod tonsura ubique fieri debeat : 365/366 ; 160.) Quaenam debeant a lectore peragi : 365/368 ; 161.) De subdiacono ; 162.) De eius ordinatione ; 163.) Quare candida tunica sive stichario induatur cingaturque : 367/370 ; 164.) Quaenam a subdiaconis peragenda sint ; 165.) De diaconis : 369/370 ; 166.) Quod diaconi illorum septem more et iudices et administrationum maximarum curatores constituantur : 369/370 ; 167.) Quare subdiaconus vel diaconus ordinandus testimonio ornetur a septem presbyteris, non a diaconis ; 168.) Quod maturum annis ordinandum esse oporteat : 371/372 ; 169.) Ordinatio diaconi : 371/380 ; 170.) Quod ordinandus, quando ordinatur, preces pro omnibus fundere debeat easque tunc maxime esse efficaces : 379/380 ; 171.) Quod episcopus in ordinatione ordinandum triplici signaculo consecret : 379/382 ; 172.) Quid innuatur per hoc, quod ordinandus erigitur et sacris induitur vestibus ; 173.) Quid per horarium sive stolam et quare hanc sinistro humero diaconus imponat : 381/382 ; 174.) Quare vocetur horarium et quod diaconi illo ornati sex alas Seraphicas imitentur : 381/384 ; 173.) Quid significet, quod diaconus osculetur sacram mensam manumque et genam episcopi et diaconos : 383/384 ; 176.) Quare diaconus nec non presbyter septem dies continuos sacro officio perfungatur : 383/386 ; 177.) De presbytero ; 178.) Quare triginta annorum presbyter ordinetur : 385/386 ; 179.) Ordinatio presbyteri : 385/388 ; 180.) Quare presbyter horarium sive stolam gestet velut de collo ante pectus dependentem : 387/388 ; 181.) Quid penula denotet : 387/390 ; 182.) Qua ratione divinus panis tremendi depositi instar detur ordinato presbytero : 389/392 ; 183.) Quod periculi plenum sit sacrae missae officium neglegere : 391/394 ; 184.) Quare diaconus et presbyter iamiam ordinati, ille postremas preces, hic vero eas, quae retro ambonem in ecclesia fiunt, recitet : 393/394 ; 185.) De vestimentis, quae saecularibus competunt, quando diaconi vel presbyteri ordinantur : 393/396 ; 186.) De sacris vestimentis, tunica ampliore, subucula et ceteris : 395/396 ; 187.) De episcopo : 397/398 ; 188.) Quod nisi per suffragium electus nemo episcopus consecretur : 397/398 ; 189.) De sacris suffragationibus et quod omnes episcopi provinciae illis interesse debeant, ad minimum tres : 397/400 ; 190.) Qua ratione inter suffragantes episcopos medius sedeat chartophylax : 399/400 ; 191.) Quod preces fiant, cum suffragia ferenda sunt : 399/404 ; 192.) Quod eligentes ferre debeant suffragium ordine temporis, quo electi sunt, non gradus vel dignitatis ; 193.) De episcopo eligendo (in archiepiscopum), qui synodo alicui intersit : 403/404 ; 194.) Archiepiscopi sententiam pro divina sorte haberi : 403/406 ; 195.) Electis nolentibus alia electio suscipiatur ; 196.) Quomodo fiat renuntiatio : 405/406 ; 197.) Quid in renuntiatione illa usus precum et suffitus et luminum : 405/408 ; 198.) De ordinatione episcopi ; 199.) De eius confessione et primo signaculo : 407/408 ; 200.) Quid denotent in solo descripta, tres fluvii, civitas et aquila : 407/410 ; 210.) De primo signaculo : 409/410 ; 202.) Quod solemnis renuntiatio sit instar consensus documentorum et instrumentorum desponsationis, dotis autem traditio sanctaque munera dotalitia et arrhabones gratiae sint confessio, signaculum signumque crucis et osculum : 409/412 ; 203.) Quare episcopus mappulam episcopalem induat et quare recens electus primo ingressu non egrediatur : 411/414 ; 204.) Quare recens electus a presbyteris usque ad sacras fores adducatur ; 205.) Ordinatio episcopi : 413/416 ; 206.) Quare Evangelium ordinandi episcopi capiti imponatur : 415/416 ; 207.) Quare episcopum alloquentes « Sanctum Dominum » nuncupent et magnam ei tribuant sanctimoniam : 417/422 ; 208.) Quid per humerale denotetur : 421/422 ; 209.) Quid significet, quod, cum Evangelium legitur, et in missae celebratione episcopus humerale exuat : 421/424 ; 210.) Quid vox « Dignus », quam super ordinando pronuntiant, et quid osculum sacrae mensae et quod primi episcopi dexteram genamque et ceterorum ora osculantur : 423/424 ; 211.) Quis sit ritus osculi in ordinatione patriarchae : 423/428 ; 212.) De ordine patriarcharum, archiepiscoporum, episcoporum ; 213.) Contra Latinos, unam tantum causam in Ss. Trinitate esse Patrem, ne plura principia inducantur : 425/426 ; 215.) Quomodo pacem precetur plebi ante apostolicam lectionem et quare pacem precaturus benedictionem prius ab archiepiscopo accipiat ; 215.) Quod in communione sacra primus accipiat nuper ordinatus episcopus et quomodo illa celebretur : 427/428 ; 216.) Quod ritus episcopum post ordinationem in cathedra velut throno suo inaugurandi enthronismum Ecclesiae eius indicet, qui nunc propter gentium iniurias cessavit : 427/420 ; 217.) Quare civitatem perequitet recens ordinatus et benedictionem impertiat omnibus : 429/430 ; 218.) Quare recens ordinatus episcopus abeat ad imperatorem et pro eo precetur et quomodo hoc pridem factum sit : 429/432 ; 219.) Quod episcopalis dignitas non ita, ut prius, honoretur a regibus, unde ira Dei provocatur : 431/432 ; 220.) Quod canonicis constitutionibus adversum sit episcopos dextram regis osculari et episcopos et praepositos a rege transponi in alia loca : 431/434 ; 221.) Quod principes saeculares non de-

caedunt et magna clade afficiunt; Lazarus vivus et multi Serviorum proceres capiuntur et in Moratis tentoriis interficiuntur; a Veziris Ildrim Bajazeto imperium defertur, natu minori filiorum Moratis; fratrem natu maiorem fraude oppressum excaecat Bajazetus: 763/768; 4.) Bajazetus Serviis tributa imperat, Stephanum, Lazari filium, sibi militare iubet eiusque sororem Mariam uxorem ducit; Carmianum, Phrygiae regulum, spoliat, Ioniam invadit, Sarchanem deditione accipit et Asiae regulos in ordinem cogit, Philadelphiam occupat et Callipoleos arcem instaurat: 767/770; 5.) Initia discordiae inter Ioannem Cantacuzenum et imperatricem Annam eiusque aulae proceres; Cantacuzenus urbe discedit, dolo eum adversarii aggrediuntur, ab amicis monetur, qui ideo ab Alexio Apocauco in carcerem coniciuntur; Apocaucum interficiunt et propter ea omnes fere necantur; Michael Ducas auctoris avus paternus: 769 778; 6.) Cantacuzenus calceos purpureos induit, imperator salutatur et ad Serviae Cralem confugit et cum eo foedus percutit: 777/782; 7.) Homur, Atinis filius, Hellesponto traiecto in Europam venit, Callipolin appetit et Didymotichum, ubi Cantacuzeni uxor substiterat, proficiscitur; Turci Thraciam vastant; Smyrna ab equitibus militiae Hierosolymitanae capta; eam frustra recuperare tentat Homur et in oppugnatione occumbit: 781/786; 8.) Cantacuzenus in Thraciam redit, Anna imperatrix auxilia ab Orchane petit et impetrat; Turci imperii provincias populantur et captivos conducunt: 785/788; 9.) Cantacuzenus Orchani filiam suam uxorem dare polificitus eam a foedere cum Anna avertit et auxilia ab eo obtinet; nuptiae celebrantur; Cantacuzenus Constantinopolin proficiscitur et cives, ut se dedant, frustra hortatur; in urbem amicorum ope intrat: 787/794; 10.) Cantacuzenus intra palatium accipitur; Annam, quae animo intrepido vultuque imperterrito sedebat, adit et veneratur et sibi placat, tumultum componit plebemque demulcet; celebratio nuptiarum Ioannis Palaeologi et Cantacuzenae Helenae; coronatur Cantacuzenus; Turci Chersonesum vastantes duce Suleimane, Orchanis filio, a Matthaeo despota Cantacuzeno clade magna afficiuntur: 793/798; 11.) Ioannes imperator a socero alienatus in Italiam discedit, unde reversus Tenedum cum Catalusio consilia agitat de recuperandis imperio et urbe; strategemate Catalusii Ioannes Palaeologus Constantinopolin recuperat et Cantacuzenus vitam monasticam amplectitur: 797/804; 12.) Ioannis imperatoris filiorum natu maior Andronicus et Cuntuzes, Moratis filius secundogenitus, in parentes coniurant et de occupanda tyrannide consilia agitant; quibus patefactis Morates filium suum oculis privat significatque Ioanni, si pacem secum habere vult, ut etiam Andronicum excaecet; cui Ioannes morem gerens filio et etiam ex eo nepoti visum adimit et in carcerem conicit; Andronicus Genuensium ope liberatus imperium invadit, patrem et fratres carceri mancipat; carcere astu se liberant et Ioannes in solium imperatorium restituitur; Manuel ei successor designatur; nuptiae Catalusii et Mariae Palaeologinae: 803/808; 13.) Bajazetus Ioanni tributa imperat et sibi militatum venire alterum ex eius filiis postulat; Cycladas insulas invadit; Ioannes Constantinopolin munit; Bajazeti iussu exstructa a se propugnacula diruit tandemque obit; Manuel, qui Bajazeto militabat et in eius aula versabatur, audita patris morte clam Constantinopolin advenit; Bajazetus id aegre ferens graves conditiones ei imponit; Thessalonicen occupat, Constantinopolin vexat et cibaria in eam invehi impedit; Hungari et maxima pars principum occidentalium in Bajazetum movent et ad Nicopolin a Turcis caeduntur: 807/818; 14.) Bajazetus Constantinopolin sibi dedi petit et Ioannem Manuele electo imperatorem constituit; Manuel saluti urbis et plebis consulens Constantinopoli in Peloponnesum, hinc in Italiam proficiscitur et occidentalibus regnis et provinciis peragratis in Peloponnesum revertitur: 817/822; 15.) Ioannes precarium imperium obtinet a Bajazeto et cadim seu iudicem Musulmanum intra urbis moenia accipit; ad Bajazetum voluptatibus immersum veniunt a Temyre Chane legati, qui contumeliose a Bajazeto habiti recedunt; ipse deinde in Armeniam movet; Constantinopolin a Ioanne repetit, sed Constantinopolitani deditionem facere renuunt; Temyr Syriam invadit, urbes expugnat, in incolas immaniter saevit; Damascum et Halepum diripit et vastat: 821/828; 16.) Temyr versus Tanain movet; Bajazetus exercitum conscribit et Temyri ad Ancyram castra habenti occurrit; cometa fulget; pugna initur a Temyrianis cum Bajazitis copiis; Bajazetus deseritur a magna copiarum suarum parte, vincitur; captus ad Temyrem, qui zatrichio seu schacho ludebat, adducitur; Temyr Bajazetum consolatur et humane erga eum se gerit, arcte nihilominus custodit; per totam Asiam minorem Temyris copiae se diffundunt; Mehemetes patrem astu, sed frustra liberare aggreditur; Choziapherutzes, Eunuchorum princeps, cum Bajazeto, domino suo, captus iussu Temyris capite plectitur: 827/842; 17.) Temyr Asiae urbes aliquot adit et capit, incendiis et direptionibus omnia devastat; Bajazeti thesauros Prusae seu Burusae asservatos rapit; Smyrnam expugnat; ad eumPhocaearum principes, ut sibi placatum reddant, legatos mittunt donisque conciliant; Cariam lustrat et deinde Salutariam iter flectit ibique Bajazetus moritur; Temyr in Persidem, anno in expeditione exacto, redit: 841/850; 18.) Manuel imperator Byzantium revertitur et Ioannem ex fratre nepotem Lemnum relegat; cum Musulmano, Bajazeti filio, foedus amicitiamque init; rerum status in Asia

post Temyris Chanis discessum ; Ese seu Isa, Bajazeti filius, bello a fratre Mehemete petitus Temyre duce capitur et laqueo praefocatur ; Cineites Smyrnaeus innotescit, Atinis filios ex Ionia pellit, Musulmani partes sequitur ; Atinis filii Mantachiae ope Ephesum expugnant ; Homur, Atinis filius, cum Cineite affinitatem contrahit et paulo post obit ; Musulmani contra Cineiten expeditio ; Asiae reguli contra Musulmanum coniurant, sed mutuis suspicionibus a se invicem dissociantur : 849/862 ; 19.) Moses a Mehemete fratre deficit et in Valachiam secedit, fratrem suum Musulmanum invadit et vincit ; Musulmanus dum fuga sibi consulit et in quodam oppido a iuvenibus occiditur, Moses oppidum et incolas comburit ; in Serviam movet, deinde Constantinopolin frustra oppugnat ; Manuel imperator Mehemetem contra Mosem evocat et concitat ; Mehemetes bis victus Byzantium se recipit ; tandem Mosem vincit ; hic inter fugiendum occiditur eiusque cadaver Prusam sepeliendum defertur : 861/872 ; 20.) Manuel ad Mahometem apocrisiarios mittit, alii quoque principes legatos mittunt, quos Mahometus benigne excipit pacemque cum omnibus amplectitur ; Manuel Ioanni filio suo uxorem dat Russiae magni ducis filiam, quae peste moritur filiorumque Bajazeti unus isque baptizatus ; secundae et tertiae nuptiae Ioannis ; Manuelis in Peloponnesum profectio : 871/880 ; 21.) Mahometes in Asiam traicit, Cineiten in ordinem redigit, cuius insolentia maxima erat ; magnus Rhodi magister castrum Smyrnae instaurat, sed a Mahomete prohibetur ; Smyrna ab uxore Cineitis Mahometi deditur ; magno magistro concessum aedificare castrum in Cariae et Lyciae finibus ; Cineites veniam impetrat ; Turci bello navali Naxum aggrediuntur, proelio a classe Veneta superantur ; Veneti Lampsaci turrim frustra tentant ; Cineites Nicopoli ad Danubium praeficitur ; novam religionis sectam in Ionia a monacho Turco institutam multi amplectuntur, adversus quos Mahometes Susmani filium et deinde Hali Begum mittit, qui re infeliciter gesta occumbunt ; tandem a Morate, Mahometis filio, Bajazeto Bassa oppressi sunt et paupertatem voluntariam professi interfecti : 879/894 ; 22.) Rhodi magnus magister castrum Petronium in Cariae finibus aedificat ; Mahometes in Asiam traicit ; Caramanum invadit et in ordinem redigit ; Mustapha, Bajazeti filius, innotuit eique se adiungit Cineites, qui a Mahomete prope Thessalonicen vincuntur ; Mahometes istos, qui Thessalonicen confugerunt, a Demetrio Leontario repetit, qui rem ad imperatorem reicit ; Manuel traditurum se eos Mahometi negat ; Mustapha et Cineites a Leontario Constantinopolin mittuntur, inde in Lemnum uterque custodiendus relegatur ; Mahometes Valachis bellum infert ; theologus quidam vir Philadelphius improbus et perfidus ; Mahometes inter venandum apoplexia affectus paucos post dies hemiplectus factus moritur ; rationes, ob quas Mahometes filium suum Amasiae praefecit ; Bajazeti Bassae erga Mahometem fidelis servi officia ; Mahometis ad eum mandata ; Mahometis mors quibus artibus per dies XI occultata sit usque ad Moratis adventum : 893/910 ; 34.) Morates Prusam venit, Mahometis mors in vulgus a bassis editur ; Prusam abeunt veziri, defuncti sultani cadaver secum deferentes ; legati a principibus vicinis ad Moratem missi ; Manuel a Morate fratres eius impuberes ex testamento Mohametis sibi tradi frustra poscit et ideo Mustapham et Cineiten in scenam contra Moratem producit ; mores quidam Turcorum explicantur : 909/922 ; 24.) Demetrius Leontarius Mustapham et Cineiten in Thraciam traicit de recipiendis aliquot urbibus cum iis pactus ; Mustapha Callipolin oppugnat et ad deditionem, quae secuta est, sollicitat ; arx interim in fide stat, quam oppugnat Leontarius ; Morates, Mustaphae rebellione cognita, Bajazetum bassam, ceterorum vezirorum sententiae obtemperans, exercitui praeficit et contra Mustapham mittit ; Bajazetus deficientibus in pugnae initio ad Mustapham exercitus sui ducibus copiisque et ipse permittere se victori cogitur ; iussu deinde Cineitis caput ei amputatur ; Mustaphas Adrianopolin proficiscitur ; Callipolis Leontario se dedit ; quam cum ex pactis imperatori aquisitam praesidio firmare parat, a Cineite impeditur delususque Byzantium redit : 923/942 ; 25.) Manuel imperator cum Morate foedus pangere cogitat ; Mustaphas res suas constituit, otio deinde et ignaviae totum se dat ; Morates de recuperando imperio serio agitat ; Abrahamum bassam ad Manuelem destinat, qui re infecta discedit ; aluminis in Phocide confectio ; Phocaea nova condita, ab Andrea et Iacobo Cataneis gubernata, fit Turcis tributaria ; Ioannes Adurnus, Phocaeae rector, Mahometem et deinde Moratem adit et huic per litteras in eo copiisque traiciendis operam suam pollicetur ; Mustapha ad nuntium transitus Moratis in Europam moestus fit ; eum alloquitur Cineites et obiurgat suadetque, ut in Asiam transeant ; interim ipse de deserendo Mustapha secum agitat ; Mustapha Lampsacum venit et Lapadium usque progreditur, cuius pontem prior occupat disrumpitque Morates : 941/956 ; 26.) Consilium ineunt Moratis veziri de perdendo Mustapha et Cineiten per Hamzam, eius fratrem, ad defectionem sollicitant ; Hamzae et Cineitae colloquia ; Cineites Mustapham deserit et in Ioniam fugit ; Mustapham, Homuris filium, ex Atine oriundum bello petit et in pugna interficit : 955/964 ; 27.) De Cineitis fuga variae famae, qua cognita Mustaphas fugam capessit et in Thraciam traicit ; Adurnus Moratem eiusque copias ex Asia in Europam transfert, quem Mustaphas, id ne faciat, frustra promissis amplis tentat ; Morates cum copiis in terram expositus Mustaphaeos in fugam con-

Imprimé en Belgique.

vertit, Callipolin recipit et Adrianopolin petit ; Mustaphas captus et in urbis loco publico laqueo suspensus et strangulatus interit : 963/968 ; 28.) Morates Constantinopolin oppugnare aggreditur Ioanne imperatore ob Manuelis senectutem et morbos res imperii administrante ; Corax theologus proditionis reus damnatur ; cuius mortem ulcisci cupiens Morates Michaelem Pyllin ob delatum Coracem morte afficere properat ; Pylles Christum et fidem impie abnegando vitam servat ; Manuel Mustapham octuennem puerum Moratis fratrem, contra hunc suscitat et statim moritur ; Mustaphas Nicaeae captus a fratre strangulatur ; Morates Thessaliam et Peloponnesum invadit ; Cineiti per bassos suos bellum infert et debellat tandemque illum totumque eius genus internecione delet : 969/84 ; 29.) Ioannes pacem cum Morate initam servat ; Morates cum aliis principibus pacem firmat, a qua Veneti ob occupatam Thessalonicen exclusi ; narrantur obiter causae, propter quas Thessalonice in Venetorum potestatem venerit ; Thessalonice obsessa et aMorate expugnata et direpta et novi incoli in eam missi ; Veneti, tristiora reformidantes,cum Morate pacem ineunt ; Valachiae principes se invicem throno deturbant ; Draculius aliis interfectis superest Valachiae vaivoda ; ob equum sibi a Caramano negatum ei Morates bellum infert ; inter utrumque pax paulo post stabilitatur : 983/996 ; 30.) Serviam a Georgio, Vulci filio, Morates repetit ; Georgius ei filiam suam nuptum dat, concessa in dotem Serviae parte ; Morates Draculio duce Hungariam frustra invadit ; Morates socero suo Georgio bellum infert, urbes capit, sororios suos luminibus privat ; Draculius in carcerem detrusus datis filiis obsidibus liberatur ; Morates Bellogradum frustra oppugnat : 995/1006 ; 31.) Ad synodum Florentinam celebrandam imperator in Italiam proficiscitur, quem patriarcha aliique comitantur ; quid Florentiae actum sit et quid post Graecorum in patriam reditum acciderit : 1005/1014 ; 32.) Serviae despota ab Hungaro auxilium implorat et duce Ioanne Hunniade Turcorum provincias invadit ; Morates subita Hungarorum irruptione perculsus, pacem cum despota et Hungaris stabilitat ; Caramani deinde ditionem invadit ; Aladdines, Moratis primogenitus, moritur ; imperio successor destinatur Mehemetes et imperator salutatur ; Morates vitam privatam acturus Prusam secedit ; Hungari Turcis bellum inferunt ; Morates cum copiis in Europam traicit ; filio se coniungit, ad Varnam Ladislavus, Hungariae rex, interficitur et Christiani magna clade caeduntur ; ad vitam privatam redit Morates, unde revocatur ab Halile bassa ; Hunniades in Turcos iterum, sed improspere movet ; Morates Peloponnesum invadit : 1015/1024 ; 33.) Ioannes imperator moritur et Constantinus despota Byzantium venit ; Moratem sibi conciliat, qui filio suo Mehemeti uxorem dat et post celebratas nuptias statim moritur ; Mehemetes de patris morte certior factus Adrianopolin venit ; imperator salutatur et de imperii rebus tractat ; Moratis mores et ingenium, morbus et insomnium ante mortem ei oblatum ; Mehemetes fratrem suum strangulat ; Georgio, Serviae despotae, filiam novercamque suam Mehemetes petenti remittit ; per legatos Byzantini cum Mehemete pacem faciunt et pensionem ad alendum Orchanem ab eo accipiunt ; principum et urbium legationes ad Novatem : 1023/1036 ; 34.) Mehemetes inducias cum Jango, id est Ioanne Hunniade, triennales componit ; Caramano bellum infert ; Byzantini ad Mehemetem legatos mittunt falsoque coronatum esse Constantinum significant ; Halil bassa Graecos increpat et Mehemetes legatorum verbis offensus pacem cum Caramano componit ; Graecos variis modis vexare incipit Mehemetes, ad Bospori angustias castrum aedificat ; novitate ista territi Byzantini per legatos cum Mehemete expostulant, qui superbe respondet et minatur ; arx ad Bospori fauces aedificata ; ager Constantinopolitanus vastatur ; Mehemetes Byzantinis bellum indicit : 1035/1052 ; 35.) Mehemetes de occupanda Constantinopoli consilia agitat ; bombardarum furor Mehemeti tormentum aëneum praegrande fundit ; navis Veneta Bosporum navigans demergitur, cuius nauarchus et rectores capti Mehemetis iussu crudeliter interficiuntur ; bombardae vim Adrianopoli probant ; Mehemetes Halilem bassam noctu ad se vocat et cum eo de Constantinopoli subiugenda consilia tractat ; Halil bassa se magno periculo ereptum putans laetus a Mehemete discedit : 1051/1056 ; 36.) Constantinus imperator auxilia sibi petit a papa et unionis ecclesiarum opus absolvit ; Isidorus cardinalis a papa Constantinopolin mittitur ; Graeci civili discordia laborant ob unionis reconciliationem paucis eam amplectentibus, maxima parte eam Gennadio auctore abhorrente ; liturgia in S. Sophiae templo celebratur ab Henoticis, cui Isidorus cardinalis interest ; Graecorum subiecta fides ; Constantinus cibaria in urbem comportari curat : 1057/1064 ; 37.) Mehemetes tormentum illud aëneum seu bombardam prope Constantinopolin vehi curat ; Turci urbes ad Pontum Euxinum sitas occupant et praeter Selymbriam oppida ad Propontidem sita ; Graeci intra muros Constantinopoleos inclusos se tenent et discordia ob reconciliatam ecclesiarum unionem laborant ; Gennadius discordiae faces subdit ; Ducas male sanam Graecorum mentem exprobrat et in schismate pertinaciam ; Mehemetes copias colligit ; obsidione urbem cingit ; Graeci ab unione ecclesiarum alienos se magis magisque ostendunt : 1063/1074 ; 38.) Constantinus et Galatini urbi tuendae attendunt atque etiam Veneti ; Ioannes Iustinianus Constantinopolin cum militibus appulit et ab

imperatore honore maximo afficitur ; obsidionis initio erumpunt in hostes obsessi ; Galatini Mehemetem sibi placatum volunt, Byzantinis tamen favent et opem ferunt ; Mehemetis classis prope Constantinopolin accedit ; naves quinque cibariae onustae Constantinopoleos portum Turcis frustra obstantibus ingrediuntur et hac de causa Mehemetes contostaulum suum Paldam contumelia et verberibus afficit ; Mehemetes terra e Bosporo in sinum Ceratinum navigia et biremes transfert ; terra Constantinopolin oppugnat ; Mehemetes et tormentis muros quassat ; medicamen tormentis ne disrumpantur, adhibitum ; Ioannis Hunniadi legatus consilium perniciosum adversus obsessos bombardario Mehemetis falsa opinione ductus dat ; muri urbis ad S. Romani portam diruti ; obsessi strenue resistunt, sed Constantinus percellitur et ut Mehemetem ad pacem et obsidionis solutionem adducat, vectigal offert, quod Mehemetes respuit ; Iustinianus infelici successu Turcorum biremes in sinu Ceratino incendere tentat ; Turci, Galatinorum navem demergunt et pontem in Ceratino sinu fabricant : 1073/1092 ; 39.) Mehemetes Constantinum frustra ad deditionem hortatur ; ad expugnationem urbis se accingit ; Iustinianus dirutam muri partem munit ; Maii die XXVII Turci urbem acriter oppugnant et postridie usque ad horam diei nonam ; die Maii XXVIII post occasum solis acrius pugnatum ; Mehemetes suos hortatur, Iustinianus glande plumbea in manu laesus pugnam omittit, obsessi isto casu percellentur ; Turci tandem in muros ascendunt, propugnatores deturbant ; Graeci rebus desperatis fugiunt ; Turci in urbem irrumpunt ; Constantinus interficitur ; Turci obvios passim caedunt, templa, monasteria et domos diripiunt ; Graeci in S. Sophiae templo confugiunt, falsa opinione se in eo salvos fore ; Turci eos invadunt et omnes abducunt captivos ; templum pollutum et direptum ; magnus dux capitur et Mehemetis iussu domi custoditur ; Iustinianus suos a pugna revocat ; naves aliquot et Galatinorum non pauci aufugiunt, ceteri per Zaganum a fuga revocantur ; Galatini se Mehemeti dedunt ; Graeci omnes et qui urbe capta viri superfuerunt in naves aut castra Turcorum translati : 1091/1112 ; 40.) Mehemetes urbem ingreditur et in S. Sophiae venit precesque suas ibi recitare imamum iubet ; magnum ducem ad se vocatum alloquitur ; Constantini caput agnitum columnae in Augustio affigitur ; alia de magno duce et Orchane narratio ; Mehemetes magnum ducem consolatur et illustrium nomina describit ; magni ducis uxorem invisit et blande alloquitur ; ad convivium natu minorem filiorum magni ducis venire iubet ; cum mittere filium magnus dux recuset, Mehemetes ipsum interfici iubet ; magnus dux filios suos, ut mortem aequo animo subeant, adhortatur et capite plectitur ; proceres omnes a Mehemete redempti et interfecti : 1111/1120 ; 41.) Ducae de urbe capta et deleto Chritsianorum in oriente imperio monodia : 1119/1126 ; 42.) Praedam quantam Turci ex capta urbe tulerint ; Galatam ingreditur Mehemetes et partem murorum diruit ; S. Sophiam in meschitam transformat ; Adrianopolin revertitur ; magni ducis uxor obit ; principes Christiani Mehemeti victoriam gratulantur ; Serviis tributa imperat et Georgium despotam Servia decedere iubet ; Hungari Turcorum provincias vastant ; Mehemetes Smedrovo frustra oppugnata Adrianopolin dives praedae abit ; Saraium Mehemetes Constantinopoli construit ; de Palaeologis vaticinium : 1125/1138 ; 43.) Legati a magno magistro Rhodi ad Mehemetem missi de pace firmanda re infecta redeunt, cum Mehemetes a Rhodiis sibi tributum solvi peteret ; cum legatis Mehemetis servus domesticus abit, qui cum magno magistro agat ; sed tributum denegante Rhodio delusus ad Mehemetem redit, qui ira accensus Rhodiis bellum infert ; Hamzas, mari praefectus, Chium proficiscitur et eam vastat, ad se missos de controversiis transigendis abducit ; Coum vastat, Rhachiam frustra obsidet, cum Chiis paciscitur ; tumultus a Turcis in Chio excitatus, eorum triremes demersa ; Hanzam reversum Mehemetes asperis verbis excipit ; Chiis bellum indicit : 1137/1146 ; 44.) Lesbi princeps obit, Ducas Mehemetem vectigal ei soluturus adit ; coactus Lesbi princeps Mehemetem adit et tributum consueto amplius promittit ; Thasum insulam Mehemeti relinquit ; classem adversus Chios mittit Mehemetes ; Lesbii Turcos de piratarum adventu certiores facere tenentur ; Genuzes, mari praefectus, litem Lesbi principi movet et biremem unam sibi tradi petit ; Phocaea nova Turcis dedita ; decem milia aureorum a Lesbio exigere vult Mehemetes, interim Phocaeam veterem ei eripit : 1145/1154 ; 45.) Chii bello a Mehemete petiti grandi aere pacem emunt ; Lemnii Turcos advocant eorumque princeps Nicolaus insula pellitur ; Mehemetes Belogradum frustra obsidet ; Callistus papa triremes ad opes insularibus ferendas mittit ; Catalani insulas occupant et Lesbius in suspicionem apud Mehemetem venit occidentales se advocasse ; legati a Comanis et Usun-Hassane ad Mehemetem ; castrum septem turrium, vulgo Iedicula, Constantinopoli constructum ; Mehemetis in Moream profectio ; Bezestanum Constantinopoli constructum ; in Asiam Mehemetes traicit ; eius verba ad familiarem quendam suum curiosum Sinopes principem et Trapezuntium imperatorem ditionibus spoliatos ; in Europam Mehemetes traicit ; a Valachio tributa petit, qui ea dare negat ; ad se missos palo transfigit ; Turcos Hamza duce ditionem suam vastantes caedit, vivos captos palo transfigit ; Mehemetes improspero successu in eum movet ; Lesbum a principe

Nicolao, qui Dominicum fratrem suum strangulavit, repetit ; in Lesbum transit Mehemetes, ad deditionem compellat, recedit et obsidendae Mitylenes onus Mahumeti veziro imponit : 1153/1166.

Auctor incertus.

Chronicon breve, quo Graecorum, Venetorum et Turcorum gesta aliquot usque ad annum 1523 continentur : 1167/1184.

Indices : *Index Graecitatis ad Codini librum de officiis* : 1185/1194 ; *Index Graecitatis ad eiusdem librum de originibus* : 1195/1198 ; *Indices in Ducae Historiam Byzantinam* : *Glossarium vocum Graeco-Barbararum* : 1199/1209 ; *Index analyticus in Codini librum de officiis* : 1209/1242 ; *Index analyticus in Ducae Historiam Byzantinam et Chronicon breve* : 1243/1256.

Ordo rerum, *quae tomo 157 continentur* : 1257/1268.

Tom. 158 (1866)

Michael Glycas
(anno Domini 1448)

Notitia (*Fabricius-Harles, Biblioth., Graeca, tom. XI, pag.* 199) : I/VIII ; *Ioannis Lamii de Michaele Glyca eiusque scriptis dissertatio* (*Deliciae eruditorum*, 1756, *tom.* 1) : VII/XX (*Auctores et libri, ex quibus Glycas sua collegit* : XIX/XX) ; *Lamius lectori* : XIX/XXIV ; *Oudini dissertatio de aetate scriptisque Glycae* (*De scriptor. eccles., tom. III, col.* 2521) : XXIV/XXXVIII ; *Michaelis Glycae epistolarum recensio iuxta cod. CXCIII Biblioth. Regiae Taurinensis* : XXXIX/LII ;

Annales a mundi exordio usque ad obitum Alexii Comneni imperatoris : Labbaei epistola nuncupatoria ad cardinalem Mazarinum : 1/4 ; Praefatio ad lectorem : 3/6 ; Ioannis Leunclavii prooemium in Annales Glycae Latinos : 5/10 ; Glycas Sambuco : 9/10 ; Annalium argumentum (ex cod. mss. Fontisebraldensis abbatiae) : Dies generationis I : Praefatio ; De opere sex dierum ; de prima die creationis ; Quod nox diem non praecesserit ; Quod non dixerit primam diem, sed unam ; De essentia coeli ; Quod terra in medio universi pendeat ; De ventis et terrae motibus ; Quid ventus et unde exsurgat ; De typhone ; De vento ecnephia dicto : 27/40 ; Dies 2 : De die secunda creationis ; aquas esse supra firmamentum et infra et quo modo ; firmamentum a Deo ex aquis factum esse ; De coelo et firmamento ; De iis, quae ex halitibus e terra erumpentibus generantur ; Quomodo aestivo tempore Nilus Aegyptum irriget ; Quae sit natura vaporum, qui ex aquis oriuntur secundum sensum anagogicum ex Anastasio : 39/44 ; Dies III : De die tertia creationis ; De plantis, arboribus et herbis, quae simul ex terra prodierunt ; De differentiis herbarum et quorsum quaedam Deus noxia creaverit, quaedam utilia ; De differentiis arborum ; De grossis ficis et qua virtute praediti sint ; Quomodo ficus calidum acrem et incidentem halitum emittat ; De succino ; De plantis semper virentibus ; De atlante ; De congregatione aquarum ; Qua ratione in unum congregatae sint aquae ; Quomodo mare salsum ; De Nilo ; De calidis aquis ; De fontibus calidis ; De pluviis, aquis et quomodo corrumpantur : 45/58 ; Dies IV : De quarta die creationis ; De duobus luminaribus, sole et luna ; De primigenia luce luminarium ; De nocte ; Unde dies vocetur ; Inanes veterum de luna et sole opiniones ; De sole et astris, de lumine et magnitudine ; De magnis luminaribus ; Quomodo luna conferat ad animalia et plantas et quaedam alia ; De defectu solis et lunae ; De luna nec non potestate et accidentibus eius et quod solis non dicatur defectus, sed obscuratio seu obtenebratio ; De anno ; Cur nubibus obducatur seu tristetur coelum ; De signis lunae, fato, signis stellarum, cometis et unde fiant, De traiectione seu de astris cadentibus ; Observationes quaedam de nubibus, fulgure, tonitru et prestere et quomodo fiant ; De iride, fulguribus, prestere, fulmine ; Quod sol subterraneus feratur ; De primigenia luce : 57/86 ; Dies V : De quinta die creationis ; Quod a Propontide pisces veniant in Pontum Euxinum ; De echino, sepia, polypo, cancro, cetis, ceto, qui prion dicitur ; de remora, magnete seu Herculis lapide, palma, polypo, loliginibus et sepiis, cicada, de testa molli praeditis, de sepiis, loliginibus et polypis ; Qui pisces branchias habeant, qui iis careant ; De piscibus, quod inter se consuescant ; De serpentis et muraenae coitu ; De volucribus seu volatilibus ; De ape ; De gruibus et apibus ; De ciconiis, hirundine, halcyone, turture, aquila, ossifraga, cornice, vulturibus, corvo, cicadis, aquilae pennis, charadrio, luscinia, vespertilione, anseribus, vulturibus, muribus, ranis et anguilla, ardeola seu erodio, pelecano, corvis, ape et fucis, ibi, cercope simia, mustela seu fele ; De lapide,qui dicitur lychnus ; De phascusa, phoenice, passere Libyco seu struthiocamelo, cuculo, merope, gallo gallinaceo, muscis, apibus et formicis : 85/112 ; Dies VI : De die sexta creationis,

cum e terra quadrupedes prodierunt ; Cur benedictionem terrestribus animalibus non impertiit ut piscibus ; De asino, camelo, elephante, pardaleone, herbis medicinalibus, ursa, testudine, echino terrestri seu erinaceo, myrmecoleone, leporibus, cerva, vitulo, castore, seu fibro ; Quod feles et vespertiliones de nocte videant ; De catulo leonis, lupo, camelopardali, monocerote, formica, chamaeleonte, sue seu apro ; Quomodo equus et apes spumam perficiant ; De canibus et quod aestate ferantur in rabiem ; De ursa, onagris, vulpibus, capra silvestri ; Explicatio naturae Adami : De formatione Adami et Evae et de paradiso ; De anima ; De animae virtute ; De concursu animae et corporis utrimque existentium ; De potentiis, formatione hominis, nomine Adami, fluviis paradisi ; De angelis, quod Moses eorum creationis non meminerit ; Quod novem angelorum ordines ; De cognominibus angelorum ; Quid significent eorum alae ; Quomodo angeli constitui sint praedestinationum ; Cur a Deo ordinati sint, ut cum hominibus versentur ; Rursus de virtutibus intelligentia praeditis et quando astiterint ; De eo : « Ad imaginem et similitudinem etc. » ; Cur Eva ex latere Adami et non ex terra ; Quando concessum sit carnibus vesci ; De arbore in medio paradisi collocata ; Quod Adamus immortalis creatus sit ; De veste pellicea ; De corruptibili et incorruptibili et quod arbores paradisi corruptioni non obnoxiae fuerint ; De arbore ligni ; De esca, cuius usus in paradiso ; Quod Adamus non indigeat esca ; Dubitationes et solutiones mirabiles in illud : « Cur, si Deus cognovit casum Adami, eum creare voluit ? » De ligno cognitionis ; negatio propter transgressionem ; De transgressione et exsilio Adami et Evae ; De serpente, diabolo ; De eo, qui prius Lucifer, et de daemonibus eius sociis ; Iterum de cibo hominis in paradiso ; De pelliceis vestibus ; De Adamo et Eva ; De tribus animae partibus seu facultatibus ; De temperantia, natura, physiologia hominis : 111/223 ; **Pars II : Ab Adamo usque ad Caesaris imperium** : De liberis Adami, de duobus sacrificiis Abelis et Caini ; Caedes Caini ; Maledictio Caini ; De Setho ; De loco, ubi sepultus Adamus ; De diversitate temporum et dissensione inter Graecos et Hebraeos ; De Adami successoribus ; De Enocho, Lamecho, Noë : De gigantibus, diluvio, turri et idiomatum confusione ; De Chanaane et cur Chanaanitis dicta terra promissionis ; De columnis ; De regno Saturni, Nini, de magia et incantatione ; De Sarucho, qui primus simulacra fecit ; De admirando Abrahamo ; De abductione Sarae ; De Sodomorum incolis ; Quid significet Abrahami nomen ; De Melchisedecho ; Quo pacto dicatur sine patre et matre ; De Isaaco ; De scala Jacobi et ascendentibus et descendentibus angelis ; De lucta Iacobi cum Deo et quomodo appellatus sit Israel ; De nervo femoris ; De Labane et Iacobo ; De regno Sardanapali ; De regno Persei ; Inventio conchylii seu purpurae ; De Croeso et Cyro ; De regno David et Artaxerxis ; De Romulo et Remo ; De Nectenabo ; De rege Alexandro ; De longaevis et maxima insula Brachmanorum ; Lex Chaldaeorum ; De Amazonibus, Britannis, Jacobo et Josepho ; Visio Josephi ; Solutio somniorum pistoris et pincernae ; De visionibus Pharaonis ; De Iacobo descendente in Aegyptum ad Josephum ; De duodecim tribubus ; De Jobo et nominatis eius filiabus ; Jobannorum consideratio ; De Amalthea ; De Mosis genere, educatione et nomine ; Quod Moses contra Aethiopas exercitum duxerit ; De Raguele, virga, decem plagis ; Quod aquam verterit Moses in sanguinem ; De ranis, culicibus, cynomya, lue quadrupedum, pustulis, grandine, locustis, tenebris, sacrificio agni ; De incantatoribus Pharaonis, de Janne et Jambre ; Quod Moses in montem ascenderit ; Cur Aegypti reges dicti sint Pharaones ; Quando coeperit ordinatio per manus impositionem ; Cur populus in deserto vagatus sit per annos quadraginta ; De Jesu, filio Nave ; De morte Mosis ; De manna ; De Jerichunte, Achane ; De quinque iudicibus : De iudice Juda Baraco et Debora, Gedeone, Manua, Samsone, de maxilla ; De Dalila ; Cur Samson fortis et robustus ex utero ; De Jephte ; De quodam Levita ; De quaestione Samsonis ; Quomodo Elias ab impuro corvo pastus sit ; De Holopherne, Ruth, Esther, Tobia ; Quod arca Dei in captivitatem abducta sit ; Initium regni Judaeorum ; De Saule et propheta Samuele ; De regno Saulis ; Quod Palaestini in Judaeos expeditionem fecerint ; De invidia Saulis in Davidem ; Quod David rex unctus sit ; De ventriloqua muliere ; De morte Saulis ; De regno Davidis prophetae ; De adulterio Davidis ; Quod Absalom rebellaverit adversus patrem ; Quod David in Palaestinos exercitum duxerit ; De regno Salomonis ; De exstructione templi ; De Sancto Sanctorum ; De libris Salomonis ; De collectione et delectu librorum Veteris Scripturae ; De sapientissima Sibylla ; Quod Salomon in cultum idolorum lapsus sit ; De regno Roboami, filii Salomonis ; De propheta seu homine Dei ; De Asa, Elia, Iosaphato ; Quod Achabo Elias adstiterit ; De Achabo et Michaea propheta ; Quod Michaeas ab Achabo in iram accensus ; mors Achabi ; De regno Ochosiae ; Quod Elias pluviam continuerit ; De muliere Sareptana ; De regno Joasi ; De Ozia, Amasia, Ezechia, Sennacheribo, tribus pueris, Manasse, Ammone, Josia ; De aedificatione templi ; De Zorobabele ; Visiones Nabuchodonosoris ; De Balthazare, Dario, Cyro, Cambyse, Smerdi, Artaxerxe, Alexandri ducibus, Antiocho rege, de captivitate ; De Antiocho Eupatore ; De Iulio Caesare : 231/286 ; **Pars III : Ab imperio Caesaris usque ad Constantinum Magnum** : De imperio Caesaris ; De Octaviano Augusto ; De heb-

domadibus completis ; De Hyrcano ; Quomodo Caesar a libidine coërcitus sit ; De nativitate et educatione Deiparae eiusque ingressu in templum ; De annuntiatione ; De Josepho sponso ; De conceptione ; De nativitate Jesu Christi ; De adoratione Magorum ; De stella ; De diebus puerperae et purgatione ; quando Christus omnibus innotuerit ; De aqua redargutionis ; De vocatione duodecim discipulorum ; De beato Paulo ; De doctrina Christi ; De ramis Palmarum ; De adultera ; De praeparatione mysticae cenae ; De transfiguratione ; De Pascha legali ; De msytica cena ; De Juda ; De traditione ; De galli cantu ; De flagellatione, Pilato et iudicio ; De Parasceve sive cur sexta feria hebdomadis dicatur Praeparatio Paschae ; De agro azymorum ; De crucifixione Christi ; De eclipsi solis ; De oborti tenebris ; De corporibus, quae ex monumentis prodierunt ; De Christi ad inferos descensu ; De sepultura et quo modo fuerit per triduum ; De resurrectione Christi ; Cur Dominus die quadragesima ascenderit et cur Spiritus Sanctus post decem dies descenderit ; unde dicta Pentecoste ; De linguis ; Cur ante baptismum virtutem Spiritus sancti exceperint ; De beato Paulo, quando a Domino vocatus sit ; Quid significat « Saule, Saule » ; Quot annis praedicaverit et ad quos reges accesserit ; De Jacobo, fratre Dei, et quae ab eo gesta sint ; Quod non fuerit nominatus inter duodecim discipulos ; De concessu discipulorum super thronum ; Quo pacto Apostoli Christi decem numero et nec plures nec minores et utri excellant, prophetae an Apostoli ; excitationes multorum ex mortuis ; De corporibus, quae in Christi morte surrexerunt ; De dormitione Ss. Deiparae ; Quomodo Apostoli de eius morte tacuerint ; Quod non solum duodecim Apostoli, sed etiam septuaginta discipuli eius morti interfuerint ; De sepulcro aperto et de Apostolo Thoma ; De Tiberio, Gaio, Claudio, Nerone, Simone Mago et Apostolis Petro et Paulo eorumque caede, De Luca Apostolo ; Quomodo in Actis Lucas omnino non meminerit mortis beati Pauli ; De captivitatibus Iudaeorum ; De Galba, Othone, Vitellio, Vespasiano, Tito, Domitiano ; De Ioanne Theologo ; De Nerva, Traiano ; Quod Traianus veniam peccatorum suorum consecutus sit ; De Hadriano, Antonino Severo et Commodo, Pertinace ; De Origine et Ambrosio ; De Antonino Caracalla, Macrino, Antonino Heliogabalo, Alexandro, Mamaeae filio, Maximino, Maximo et Balbo, Gordiano ; De baptismo Judaei et quod liceat in necessitate laico orthodoxo baptizare ; De magno Athanasio ; De Decio, Gallo et Volusiano, Valeriano, Claudio, Quintilio, Aureliano ; De Theodoro Mopsuesteno haeretico, Nestorio et quibusdam aliis haereticis ; De Probo et Floriano, Caro et Carino, Diocletiano et Maximiano ; De Constantio, patre Constantini Magni ; Notitia historiae scriptorum quorundam ; Conspectus imperatorum velut in tabula ; Initium imperii Romaei ; De Magno Constantino ; De eius lepra et quo pacto baptizatus sit ; De Silvestro papa ; De exstructa Constantinopoli et quomodo Heracleae antistes ordinet patriarcham Constantinopolitanum ; De Licinio et prima synodo ; Quod Constantius Arianismum professus rectam fidem concusserit ; De Ario ; De morte Magni Constantini et quomodo et ubi sepultus sit : 385/466 ; **Pars IV : De Constantinopolitanis imperatoribus, qui deinceps regnarunt** : De Constantio, Iuliano desertore, Iioviano, Valentiniano, Gratiano, Theodosio Magno ; De sancto Arsenio ; Quod Ambrosius, Mediolanensis episcopus, Theodosium imp. ecclesia eiecerit ; De Arcadio, S. Ioanne Chrysostomo, Theodosio iuniore ; De pomo ; De monacho ; De Marciano, Leone Magno ; De eius ex filia nepote ; De Zenone, Anastasio Dyrracheno, Iustino Thrace, Iustiniano Magno ; De templo Magnae Sophiae ; Quando Occursus festus coeperit celebrari ; De bombycine seu serico ; De septem synodis ; De columna, cui insidet statua Iustiniani Magni ; De Iustiniano Minore ; De ruina Trulli templi S. Sophiae ; De Tiberio Thrace, Mauricio ; De crocodilo ; De Phoca Cappadoce, Heraclio ; De milite, qui vim intulit uxori agricolae ; De Constantino Heraclii nepote ; De Mahomete pseudopropheta ; De Constantino Pogonato, Iustiniano Rhinotmeto, Leontio, Tiberio Apsimari, Theodosio, Leone Isauro ; De scortatore et misericorde ; De virgine ab imperatore Zenone vitiata ; De monacho excommunicato, Constantino Copronymo, Leone Chazari ; De cane ; De Constantino, Irenes filio, Nicephoro, Michaele Rangabe, Bardane, Leone Armenio, Michaele Baibi, Theophilo Iconomacho ; De Methodio patriarcha ; De Michaele Potore, Basilio Macedone, Leone Sapiente, Alexandro, Constantino, Romano Lacapeno, Nicephoro Phoca, Ioanne Tzimischa, Basilio Porphyrogenneto, Constantino, Romano Argyropulo, Michaele Paphlagone, Michaele Calaphata, Constantino Monomacho, Theodora Augusta, Michaele Stratiotico, Isaaco Comneno, Constantino praeside Duca, Romano Diogene, Michaele Parapinacio, Nicephoro Botoniata, Alexio Comneno, qui successorem reliquit Ioannem, filium suum : 465/624.

Joannis Leunclavii Continuatio Annalium a Ioanne Comneno usque ad imperii Byzantini eversionem (Latina) : 623/646.

Michaelis Glycae Disputationes seu Epistolae in S. Scripturae Dubia : Epistola 1 : Ad Ioannem, monachum Sinaitam et Stylitam, utrum in peccatum lapsis condescendendum sit an, prout ratio postulat, increpandi sint : 647/680 ; 2.) Ad monachum Ioannem Smeniotam, utrum audiendi sint dicentes hominem a principio caducum corpus habuisse et passionibus sive incommo-

dis naturalibus obnoxium etiam ante transgressionem cibumque sensibilem in paradiso adhibuisse et lignum scientiae ficum exstitisse : 679/714 ; 3.) Ad eundem de gloria et claritate, qua Adamus a principio coruscavit : 715/722 ; 4.) Ad eundem : Cur diabolus per serpentem et non per aliud animal Adamum incesserit, et ex quo tandem constet Adamum ab eo per serpentem oppugnatum esse, cum Scriptura id manifeste non dicat, et an aliqua vere de causa Scriptura isthuc ipsum omnino celaverit : 721/728 ; 5.) Ad Ioannem Aspioten monachum : Quali natura hominum corpora a mortuis resurrectura sint, et an sensibilem cibum tunc manducatura, ut quidam perhibent : 727/754 ; 6.) Ad eundem : An cum maris et feminae discrimine hominum corpora resurrectura sint : 753/782 ; 7.) Eidem : An oporteat attendere dicentibus eos, qui resurrecturi sunt, homines se tunc invicem non cognituros, si vero cognoscent, an iusti a peccatoribus cognoscentur, non vero peccatores a iustis : 781/794 ; 8.) Esaiae monacho : Utrum iusti proficere debeant scientia et gloria vel non post eam, quae ibi erit, restitutionem : 793/800 ; 9.) Eidem : Utrum oporteat attendere dicentibus corruptibilem esse paradisum et post crucem non statim in eum introiisse latronem : 799/812 ; 10.) Cur in ultimis temporibus Dominus incarnatus sit et non multo prius : 811/818 ; 11.) Gregorio Acropolitae : Utrum coelum rotundum sit et immobile necne iuxta S. Chrysostomum : 817/832 ; 12.) Cum Deus prima die lucem creaverit, cur die quarta luminaria condiderit : 831/838 ; 13.) Esaiae monacho : Si secundum Dei imaginem mens nostra creata est, quomodo eadem in altero quidem intelligens est, in altero vero non intelligens ? et cur forma, aetate ceterisque rebus omnes differuntur inter se ? 837/846 ; 14.) Eidem : De ratione, qua oportet contra Judaeos respondere, cum distorquere conentur mysterium Dei : 845/895 ; 15.) Ioanni Trichae : Quid sit illud (Apocal. Ioann. XXI, 1) : « Vidi coelum novum et terram novam et mare iam non est » : 897/900 ; 16.) Charitoni monacho : Utrum beatus Ioannes Evangelista morti concesserit necne : 899/904 ; 17.) Nectario monacho : De Iuda, utrum laqueo se suspenderit iuxta evangelicam historiam sive post haec superstes, ut dicunt aliqui, aqua intercuti laboraverit et ita mortuus sit : 903/908 ; 18.) Incerto : Utrum in coelis sint animae : Monitum : 907/908 ; textus : 907/912 ; 19.) Isaiae monacho : Num adhibenda sit fides dicentibus, quod hinc profectae animae Sanctorum in aliquem locum quietis non iam pro nobis preces faciant et in conspectu Christi astantes nullo modo de terra curent ; item de anima : 913/922 ; 19.) Ad Nilum monachum : Preces pro mortuis et eleemosynas non frustra fieri : 921/928 ; 20.) Preces iustorum etiam impiis mortuis proficere : 927/930 ; 21.) Virginis animam post mortem ad inferos descendisse : 929/930 ; 22.) Nec Virginis tantum, sed etiam reliquorum hominum animas post mortem in infernum descendere, sed ea differentia, quod iustis ad contemplanda Christi mysteria etiam in illa regione patrata loco transitus ad coelestia concedatur, impiis tamquam sedes, in qua remanent alternis suppliciis cruciandi : 929/932 ; 23.) Ad Constantinum Palaeologum : Non esse audiendos, qui temere opinantur Paulum esse unum ex duodecim Christi discipulis : 931/934 ; 24.) Ad Andronicum Palaeologum : De die Luminum, an solemnitate Nativitatis Christi dignior sit : 933/936 ; 25.) Ad Esaiam monachum : De monachatu baptismati non assimilando : 935/952 ; 26.) Ad Alypium monachum : De ieiunio ante Natalem Domini celebrando : 951/954 ; 27.) Ad Alypium inclystum : An secundae nuptiae apud Graecos prohibitae : 953/956 ; 28.) Ad Alypium monachum : Graecos suos Iudaeorum ritibus utentes excusat : 955/975 ; 29.) De processione Spiritus Sancti : 957/958.

Joannes, diaconus Hadrianopoleos

Carmen politicum in laudem Ioannis Palaeologi : Argumentum : 959/962 ; textus : 961/970.

Isaias Cyprius

Notitia (*Fabricius-Harles, Biblioth. Graeca, tom. XI, pag.* 395) : 971/972 ; **De processione Spiritus Sancti** epistola ad Nicolaum Sclengiam : 971/976.

Hilario monachus

Notitia (*Fabricius-Harles, Biblioth. Graeca, tom. XI, pag.* 459) : 975/978 ; **De pane Graecorum mystico et Latinorum azymo** (oratio dialectica) : 977/984.

Ioannes Argyropulus

Notitia (*Boerner, De doctis hominibus Graecis Graecarum litterarum in Italia instauratoribus,* 1750) : 983/992 ; **De processione Spiritus Sancti, in quo est explanatio decreti in synodo Florentina facti** : 991/1008 ; **Epistola ad Dominicum Roboreum**, cardinalem Taurinensem, qua

cardinalis mirabilem erga litteras et scientias propensionem commendat : 1007/1010.

Theodorus Agallianus

Contra Ioannem Argyropulum : Excerptum ex praefatione Dosithei, patriarchae Hierosolymitani : 1011/1012 ; Refutationis textus : 1011/1032.

Iosephus, patriarcha Constantinopolitanus

Confessio fidei : 1051/1052 ; **Epitaphium in seipsum** : 1053/1054.

Iob monachus

Monitum : 1053/1054 ; **Prooemium Commentarii in Psalmos** : 1053/1056.

Bartholomaeus de Iano, ordinis Minorum

Epistola de crudelitate Turcorum : 1056/1068.

Nicolaus Barbarus, patricius Venetus

Monitum : 1067/1068 ; **Ephemerides** (a die 5. Aprilis usque ad diem 29. Maii) **de Constantinopoli anno 1453 obsessa et expugnata** : 1067/1078.

Anonymus

Narratio de Vita Mohammedis : 1077/1078.

Indices : *Syllabus auctorum in Annalibus Glycae laudatorum* : 1081/1084 ; *Index rerum et verborum in Glycae Annalibus memorabilium* : 1085/1116.

Ordo rerum, *quae tomo* 158 *continentur* : 1115/1116.

Tom. 159 (1866)

Laonicus Chalcondylas
(anno Domini 1439)

Historiarum seu de rebus Turcicis libri X : *Leuclavius Lectori* : 9/12 ; **liber Historiarum I** : Auctoris intentio et fides ; Turcarum origo, familiae, duces praecipui septem, qui post Tartaros languescentes Asiam minorem inter se partiti sunt ; Ottomanni et filii Orchanis, qui Nicaeam Bithyniae cepit et Amurathis I, qui Thraciae partem occupavit, res gestae : 13/64 ; **liber II** : Historia Bajazetis, qui anno Christi 1373 Turcis imperare coepit, postea Sigismundum imperatorem ad Nicopolin vicit, Byzantium octo annos obsedit ; Emmanuel in Italiam et Galliam auxilii petendi causa profiscitur : 65/114 ; **liber III** : Tamerlanis Scythae origo, incrementa et expeditio contra Bajazetem : 115/171 ; **liber IV** : Filiorum Bajazetis Iosuae, Mosis et Mahometis I. successio et filiorum Emmanuelis Byzantini imperatoris nomina, Rainerii item et Antonii, ducum Atticorum, historia : 171/220 ; **liber V** : Amuratis II. initia, ordo politiae et militiae Turcarum ; Thessalonice a Graeco imperatore Venetis vendita a Turcis occupata ; bella cum Caramano et Huniade, Genuensium item intestina seditio : 219/250 ; **liber VI** : Synodus Ferrariensis, cui Ioannes Palaeologus interfuit ; Vladislavi Ungariae et Nerii, Athenarum ducis, initia : 279/324 ; **liber VII** : Proelium Amuratis et Vladislavi ad Varnam, expeditiones in Peloponnesum adversus Scanderbegum et Huniadem ; moritur Amuratus anno 1450 : 325/374 ; **liber VIII** : Mahometes II. Constantinopolin expugnat, Chalcedonem deditione capit, Belgradum obsidet, Scanderbegum oppugnat ; reditus regni : 375/434 ; **liber IX** : Peloponnesum, Athenas, Amestrin, Synopen ad Pontum et Trapezuntem Mahometes occupat : 435/510 ; **liber X** : Lesbum insulam, Jaitzam et Clissam, Illyrici urbes, sibi Mahometes subicit et bellum a Venetis et Matthia, Hungariae rege, anno 1463 illatum fortiter depellit : 509/516.

Marquardi Freheri in Laonici Chalcondylae descriptionem Germaniae Commentarius (*Scriptor. rer. German., col.* 73 sqq.) : 516/572.

Annales sultanorum Othmanidarum a Turcis sua lingua scripti et a Ioanne Gaudier dicto Spiegel, interprete Turcico, Germanice translati : *Joannis Leuclavii ad Hieronymum Beck a Leopoldsdorf* **Praefatio** ; 573/576 ; **Index**

auctorum, *qui in Pandecte citantur* : 575/576 ; **Ioannis Gaudier dicti Spiegel epistola praeliminaris** *ad Ferdinandum Rom. Caes.* : 577/578 ; **Annalium textus** (ab Osman usque ad reditum Soleimanis Constantinopolin anno 1550) : 579/650 ; **Leuclavii Supplementum Annalium** *quo res Turcicae continuantur ad annum Mahumetanum* 996, *qui est Christianus* 1588 : 658-774.

Principes Machanenses *continua successionis serie cum Osmanidarum genealogia, qui ab eis originem ducunt* : 775/776.

